pro circūire. Rubi genus est ligni spinosi
cuius fructus vel virgula rubet. masculi.
gene. est. naz de arboribus que sunt femi/
nini generis excipiunt ista que sunt ma/
sculini generis. dumus et rubus oleaster
et piaster Molochidolum est ammonita
rū Sydus dei vestri. scilicet luciferi. Ren
phan qui interpretatur factura.

Capitulum viij.

¶ Dementasset id est infatuasset et quasi
mentibus euacuasset. Deserta id est non
via sed gaza vetus iuxta egyptū funditus
euersa. Candaces me. producta ſm auro
ram. v. Candacis regina virum direxerat
istum. Cum iuuenalis corripiat dicens.
Cādacis ethiopum dic quod si declinat
Hec candax candacis. media prodcta si
est indeclinabile. candacis in prosa accen
tuatur in fine. iuxta doctrinam illam. v.
Omnis barbara vox non declinata lati/
ne. Accentū super extremam seruabit acu
tum. Et nota q̄ omnes regine ethiopū di
cebant candaces sicut imperatores roma
ni cesares. illud enim regnuz per feminas
regebatur. Enim. i. certe. Capi. ix
¶ Spirans. i. spirator. quia ꝓticipium
transit in nomen cōstructione. Circūful/
sit. i. circa eū fulsit. circūfulgeo circūfulges
circūfulsi circūfultū. Aliqt me. coz. z vlti/
ma graui. Lidde vlti. graui more latino.
Eneā me. pdu. Grabato me. pō. i. lecto.
neu. g. est. v. Pro gremio grabatū. p lecto
dico grabatū. Nō soleas in eo caput incli
nare grauatū. Sarone me. pdu. Thabi/
ta me. pdu. v. auroze. Extitit in ioppe de
uota puella tabita. Itē surge puella tabi/
ta tibi zc. Itē aurora. v. Surge tabita vo
cata redit. ducicqz reducta Se stupuit pi
griteris pe. pō. deponēs ē. pigritor taris.
me. coz. Decoras more latino. Coriariuz
forte de corio opabat. Capitulū x
¶ Depcans media corre. et sic precor ca/
ris. cū suis cōpositis. Corneli me. prodn.
Accersi. i. voca. quarte cōiuga. Parebāt

dem.i.certe si pmiserit deus. Nihilomin⁹ penul.cor.i.non minus. Vel pro etiam. Prolapsi.i.pcul lapsi a gratia. prolaboz beris me.produ. Ostentui.i.despectui siue contẽptui.mascu.ge.et quarte declinationis. Tribulos.i.herbas valde spinosas mas.ge. Tametsi pro vna pte.i.q̃uis Ostentare.i.frequẽter ostẽdere. Segnes id est pigri.adiectiuũ ter.decli. Adeptus est.i.inuenit siue consecutus est.ab adipiscor sceris.adeptus sum cum accusatiuo. Cõtroversie.i.discordie fe.ge.penul.cor. Anchora me.cor.qua firmatur nauis.

Capitulum vij.

Genealogia pennl.produ.i.generationis linea. Presto.i.presens sum siue in p̃senti.aduerbium loci.et videtur teneri q̃si participialiter hic. Exiuda potest grauari in fine pro patriarcha vel acui pro tribu.sed nõ tam bene. Sponsor.i.promissor mascu.g.ne. Ad interpellandum.i.ad intercedendũ.ab interpello las.

Capitulum viij.

Consedit me.produ. Sortitus est media produ.i.inuenit.a sortior tiris.quarte coniugationis cũ accusatiuo. Sanctũ me.pdu.i.cõfirmatũ.a sancio cis. ciui cituz.quod est firmare et stabilire. Culpa vacasset.i.vacuũ fuisset. Veterauit.i.vetus ostendit. Capitulum ix.

Propiciatoriũ.i.tabulam q̃ erat super archam neu.ge.est. Propalatam.i.manifestatã.a propala las.me.prob. Solummodo pe.cor. Per amplius.i.valde amplius est vna ps vel p est p̃positio z amplius accusatiuus. Intercedat ter.coniuga. pe.produ.ab inter et cedo dis.cessi. Alioquin pe.semp.pdu. Coccinea.penul.cor id est rubea adiec.est. Capitulũ x.

Pene.i.fere. Propeccato p vna pte ponitur.i.hostia propeccato neu.gene. Presto est.i.in p̃senti loco templi. Asperси corda.i.habentes corda aspersa et mundata. Ignis emulatio.i.infestatio.i.ignis infestãs.emulatio onis fe.ge. Horrendũ id ẽ valde timendũ. Capitulũ xi

Si quidẽ due ptes sunt Arbitrãs me. cor. In parabolã.i.in significationez. Fastigiũ.i.summitatẽ neu.ge. Elegantem.i pulcrũ.elegans tis.me.cor.ois gene. Nõ veritus.i.nõtimens me.cor. Deficiet id est deseret potest esse trãsitiuũ vel actiuum Aciẽ.i.acuties.fe.ge.z q̃nte decli. Exterorũ.i.extraneoz.exterus ra.rũ.me.cor. Ludibria.i.irrisiones neu.ge.est. In melotis me.produ.i.in vestibus de pilis cameloz.vel melius dicendum est q̃ melus est animal quod et taxus dicit. cuius pellis melota dicit et est valde hispida. ita dicit glosa. Huguitio dicit q̃ hic melis li. z hic melo onis. vel melota te.animal est quod taxus dicit qui fauos appetit et mella assidue captat.et a melo dicit hic melotes tis et hec melota melote.me.pducta. quedaz vestis de pelle siue de pilis illius animalis facta a colo pendens vsq̃ ad lumbos qua monachi vtuntur. Isodorus dicit q̃ melotes que et pera dicitur est vestis caprina a collo pendens p̃cincta vsq̃ ad lũbos que prius fiebat de pellibus melonis. vnde melotes siue melota est dicta.

Capitulum xij

Castigat me.pduc. Deinde me.corre. in prosa. Obtemperabimus.i.obediem⁹ Claudicans me.cor. Auertimus.i.a nob excludimus. Capitulum xiij

Connubium.i.matrimonium neutri generis. Thorus id est lectus masculini generis. Abduci.i.a veritate absttahi z separari.abducor abduceris. Promeretur passiue tenetur hic cum sit deponens. Perpaucis id est valde paucis vna pars est.et ẽ adiectiuũ substãtiuatum in neu.gl

Sup prologo primo in actib⁹ apl̃oz.

Finit psalmi i

sta zc. Duduz id est iamdiu ante. Editũ me.cor.i.compositũ Ceruices me.pdu.i.colla. hec cerui cis. Texere.i.ordinare.texo xis texui. Ãnãd uertim⁹.i.cognoscimus. ãnãduerto tis. ex aĩa vel animo et aduerto tis.

Super prologo secundo.

Vocasnatione

syrus zc. Maluit.i.magis voluit.malo mauis mauult. Prolixius.i.longius siue diffusius.

Super actibus apostolorum

Capitulum primum.

Primum quidẽ

sermonẽ zc. Theophile meõ. cor.nomẽ est viri. Cõuescẽs.i comedẽs.a cõuescor sceris. sine preterito et supino. Si.i.an. Momenta.i.spacia.

Suadens me.pdu. Tiranni forte nomẽ dignitatis est vel nomẽ ꝓpriũ. Semicincta.i.vestes ex vno latere dependentes vel zone siue vestes nocturne vel genus sudarij q̃ vtunt hebrei in capite.fm papiã dicit semicinctũ quod dimidiũ cingat.fm Jso.dicit zona minus lata a semis quod est mediũ z cinctus neu.ge.est Exorcistis i.adiuratoribꝫ.hic z hec exorcista te. Trãsita me.cor. Nõ periclitabit z cetera. ps.i acq̃sitio lucroꝝ.i.non solũ opa vra vana nec mercede digna redarguent.sed religio vestra dehonestabit. In theatrũ me.cor. i.in spectaculũ vbi rei puniebant. Sedatos.i.pacificatos. Temere me.cor.i.perꝫuerse siue stulte Forẽses a foro dicunt vbi cause vẽtilabant.nõ theatrales vbi rei puniuntur. Obnoxius.i.reus et occidi dignus. Capitulum xx

Verbeus me.produ. Troph imꝰ me. cor. Mitilenen vltima acuta.cuius penl. sit producenda sicut de cirene Contra chium due partes sunt. Miletum me.pduc. Quo minus due partes sũt.quo.i.vt minus.i.non. Manent.i.expectant transitiuum siue actiuum. Subterfugi penul.pducta in preterito. Quo minus due ptes sunt vt supra. Procũbentes.i.se inclinantes. Capitulum xxi

Patheram me.correp. Explicata.i.expedita. Alligans me.corre. Emulatores i.magni zelatores. Impende.i.insta z iũge te illis.impen po des.habet idem preteritum et idem supinum cum impẽdo dis scilicet impendi impensum: Sicariorum id est habentiũ sicas.i.gladios quos quidam appellant minas.adiectiuũ est.et fm doctrinale debet scribi per duo c.s. siccarius. Municeps me.corre.est munia.i.officia capiens quasi censum romanis pfessus.non autẽ vocat se ciuem sed municipem.i.a municipio.i.territorio ciuitatis illius in qua nutritus est.municeps cipis omnis ge.est

Capitulum xxij.

Emulatoꝝ.i.amatoꝝ siue imitatoꝝ z zelatoꝝ Lorꝛis.i.habenis siue cingulis.hoc lorꝛũ ri. Indemnatũ.i.nõ damnatum siue nõ cõdemnatũ p sententiã. Tortori med. produ.a torqueo ques.torsi tortũ vel torsum. Rescinit.i.recognouit.rescio scis.

Capitulum xxiij.

Discerperet.i.diuersimode carpet z laniaret.discerpo pis.psi.a dis et carpo carpis. Appropiet.i.appropinquet. Cõuenit in ꝑterito.i.cõuentio facta est. In antipatridem.i.in ciuitatẽ ab antipatre edificatã penul.cor. Capitulũ xxiiij

Presto esse.i.psentialiter esse.aduerbium loci. Maturius.i.festinãtius siue celerius. Capitulum xxv

Bernice vel beronice potest acui in fine more barbaro nomẽ est viri fm quosdam.fm alios nomẽ est vꝛoris vel cognate nimis dilecte. Ambitione.i. cũ multo apparatu siue comitiua. Admisse.i.commisse. Capitulum xxvi

Exterus me.cor.i.extraneꝰ.exterus rarũ. Si pro q. Eloq̃ z me.cor. Ca.xxvij

Custodijs.i.vinctis.hec custodia die. Ad rumetinã pe.pdu.i.ad romã nauigãtem.vel melins ab adrumenti ciuitate affrice.adiec.est. Sustulimꝰ.i.nauigatiõez habuimus.tollo lis.sustuli sublatũ. Macedone penul.corre. Sustulissemus.i.recepissemus nauigationẽ tollẽtes. Gnidõ est insula cõtra asiam.et est cõmunis litera.sed grecus habet hic nidon. Salomonem me.produ. Thalasa me.corre.more latino. Siquo modo due ptes sunt Stulissemus.i.recessissemus. Legebamus id est nauigabamus.v. Fur aurum virgo ffores.mare nautaq̃.libros. Clericꝰ eq̃noce singula quisq̃ legit. Typhonicꝰ pe. cor.a typhos quod est inflatio qꝛ facit mare inflari. Scaphã.i.nauiculã. Accingentes nauẽ.i.in procinctu tẽpestatis armãtes. In sirtim.i.in periculũ quoddam ab attractiõe harene in tumulos sic dictũ. hec sirtis tis. Jactũ pticiẽtes q̃ erant in nauí.mas.ge.et quar.decli. Armamẽta id est vtẽsilia. Adria regio erat ad quã nauigabant vel nomen terre a qua dicitur mare adriaticum.adria pluraliter pro scopulis meõ.cor. Bolidem me.cor.i.massam plũbi per quã naute experiunt maris pfunditatem.hec bolides dis. vel forte bolis lidis.v. Per bolidem plũbi dic massam significare. Per quam nauta solet maris explorare pfundum. Sub obtentu id est ptextu siue simulatione masculini generis et quarte declinationis. A proza id est ab anteriori parte nauis.fe.ge. Excidere pe. cor.i.cadere in mare. Animequiores id ẽ eq̃oris animi et cõfortati. Sinũ.i.portuz vel locũ aliũ ma.ge.et quarte declinatõis

secunde coniu.i.obediebāt. Postera me. cor. Dentis excessus.i.extasis. Initijs.i angulis lintheis vel litijs vel mitijs.z fort te melius mitie arū.dicunt funiculi mol/ les quibus circūligabant pueri in cunis. de stupa uel de serico ad opus nobilium. Submitti.i.deponi. Accersiri.i.vocari. debere quarte coniu. Comitati sunt eū.i. sociauerunt eum.comitari aliquando po nitur cū datiuo.aliquādo cuz accusatiuo. Necessarijs.i.familiaribus et maxime cō iunctis. Procidens me.cor. Accersit9 pe/ nul.pdu.i.vocatus. Anudiusquarta ad/ iectiuuz est.nudiusquartus tp.tum. id est nunc est dies quartus.quando p se poni/ tur nudiusquartus est aduerbium tempo ris. Assumus me.cor. Comperi me.corr. i.cognoui.comperio ris.quarte coniu.

Capitulum xi.

Disceptabant.i.contendebāt. Initijs id est angulis. hoc initium tij. Uesitans media corre.i.dubitans. Fenicem media produ. Hierosolimis penultima correp. semper. Et attende q̄ in plurali innenitur hierosolimorum in genitiuo.et hieroso/ mis in ablatiuo.et forte in datiuo sine di/ stinctioe generis.hierosolima vero decli/ nationem habet latinam. Annum totum conuersati sunt.tradunt grāmatici q̄ ver/ bum substantiuū et suam vim babētia re/ gunt accusatiuū ex vi continuationis tē/ poris.et hoc frequenter legitur in scriptu ra. Agabus media correpta. Capi.xij

Quaternionibus.i.qui preerant qua/ tuor.hic quaternio onis.qui est sup qua/ tuor. Producere.i.exponere ad occiden/ dum. Insanis me.produ. Quidnam id ē quid. Pro tribunali.i.in tribunali.

Capitulum xiij

Collactaneus.i.eodem lacte nutritus adiec.est. Salaminā pe.pdu. Antbiochi am pisidie nomē est prouincie ad differen tiā alterius antiochie. Indicēs me.pdu. i.imponēs. Incole.i.aduene.me.cor.cō mu.ge. Extinde me.cor.in prosa. Alias vl tima acu.i.alibi aduerbiū loci.v. Cū nō est nomē alias geminū trabit omen. Tē/ poris atq̄ loci dat hec cōmunio voci Pe ne.i.fere. Conuenit me.pdu. Zelo.i.inui dia et dolore.mascu.generis.

Capitulum xiiij.

Listris more latino. Exiliuit.i.extra saliuit.exilio lis. Ubi.i.postq̄. Sedauc runt.i.pacificauerūt.sedo as actiuum est Persuasis.i.per suggestionē inductis.ab latiuus est absolutus. Pisidiā.i.regionē in qua erat antiochia alia. In atbaliā pe/ nul.cor. Capitulum xv.

Diruta me.cor.a diruo ruis.dirutum me.cor.quod est destruere et euertere. In de dirutus ta.tum. Predicent meō.corr. Eadem me.cor. Dissensio.i.discordia.a dissentio tis.dissensi.quod est diuersimo/ de sentire et discordare.

Capitulum xvi.

Uetati me.pdu. Missiam meō.corre. Troade me.cor.macedo donis.pe.cor. cōis ge. Samatracbiam pe.cor. Philip pis vltima acuta. Colonia in qua scilicet diuersi bincinde collecti babitabant.a co lo lis. Foras portam aduerbiū p prepositione. Oratio.i.locus aptus locutiōi.q̄ locus orationis vocatur locus locutiōis. Lidia media corre. Purpuraria que ope rabatur purpuram. Introire penultima producta quarte coniuga. Spirituz phi tonem me.produ.i.diuinatorem.phiton onis.dicitur incantator sine diuinator.et est mascu.ge. Inde phitonicus ca.cum. diuinatorius. Eadem me.produ. Exper/ gefactus.i.excitatus.ab expergefio fis Li ctores media producta.i.eos qui damna tos fm legem occidebant. vel ad manda/ tum iudicis puniebant. hic lictor dicitur quasi legis ictor.alio nomine dicitur ap/ paritor. Capitulum xvij

Zelantes.i.inuidentes et dolētes. Ja/ sonis me.cor. Jason vltima graui. In be roeam.latino more. Quāceleriter.i.val/ de cito.pōt esse vna ps cōpositā.aduerbi um tpis vel q̄litatis. Aderāt me.cor. Epi curei pe.cor. fm aliq̄ vsum.sed posset p/ duci sicut Pitagorei. Seminiuerbi9.i.se minator verboz adiec.pōt esse q̄si fmolo gus. Ad ariopagū pe.pdu. vñ fuit dyoni si9. Supsticiosos.i.supflue curiosos. Ar trectēt.i.ptrectēt mutāt a in e a tracto tas cōpositā. Damar vl.acu. Capi.xviij

Scenofactorie artis qua scilicet fiunt tabernacula siue vmbracula vel funes.a scenos quod est vmbra vel funis et facio. inde scenofacio cis.z scenofactori9 ria riū i.ad scenofactorē ptinēs. Migrās.i.trās/ iens. Si quidē due ptes sunt. Sostenez me.cor. Lenchris vl.acu. loc9 ē Priscilla erat vxor.aquila vir. Capitulū xix

ependatis,insumo mis,me,pdu,ꝛ debet scribi p vnū m. Vapor aqueus vel terre vel calor. Capitulum v

¶ Agite scz penitentiā Eruginauit,i,erugine deuastāte metalla deterioratū est,erugino nas,prime coniu,et neu,gene,Erugo'ginis,me,pdu,et feminini generis.

¶ Sup epistola prima Petri.

Capitulum Primum

SImon petrus ꝛc. Incolatus,i,peregrinatiōnis mas,ge,et quarte declina. Capitulum ij.

Discolis,i,a scola disciplīe disiunctis adiecti,est. Liuore me,pdu,i,carne liui/da ꝓpter verbera,liuor oris mas,ge,ꝛ quā doꝫ ponit pro inuidia. Capi. iij.

¶ Lucrifiāt,i,acquirant,lucrifio fis. Locuples'me,cor,lucupletis pe,pduc,et est cōmunis generis,i,diues. Emulatores,i amatores. Deglutiēs,i,destruēs,a deglutio tis,me,producta.

Capitulum iiij.

¶ Obstupescūt ipi conuersi scilicet quasi cōfusi et tristes,qꝛ tantū cum malis fuerīt Nolite peregrinari a statu fidei. In feruore scz temptationū. Capitulū.v.

¶ Insinuate,i,manifestate. insinuo nuās,prime cōiu,etiā dicitur latēter persuadere dissimulare ornare dicere.

¶ Super secunda epistola Petri.

Capitulum Primum

SImon petrus ꝛc. Sortiti me,produ. i,adepti,sortior tiris,quarte cōiuga. id est acqro ꝛ diuido cū accusatiuo Sub inferētes,i,sub deo ferētes,i,gerētes. Si adsint,i,si p̄sentia sint'ꝛ superēt vitiorum bella. Presto,i,in p̄sentia. Satagite,i,conamini,satago gis,tegi,me,cor,in p̄senti,sed pdu,in p̄terito. Tabernaculo,i,corpore neu,ge,est. Huiuscemodi pe,corre,ois ge,et indecli,cōponit ex duob' obliqs scz ex hui' ꝛ modi sillabica adiectiōe ce interposita,et est demōstratiuū. Eiusmodi relatiuū. Illiusmodi ꝛ cuiusmodi simili/ter. Istiusmodi demonstratiuū. Aliusmodi diuersitatē notat ꝛ fm suas origines si/gnificāt,et ponunt penultima semp correpta Delapsa,i,sursum lapsa,a delabor beris. Allata,i,adducta,ab affero ferris,allatus sum me,pdu. Capitulū iij.

¶ Negociabunt,i,quasi negociādo decipient,negocior aris,i,mercor caris,depo nens est,absolutū cōmuniter. Jam olim id est ab eterno puisum,vel iam olim,id ē ab initio tpis. Rudētibus id est funibus peccatorum,hic et hec rudens dentis,funis nauium. sed rudo dis,rusi rusum,est clamare asini. Inde rudens dentis,i,asinus,ꝟ. Dicas rudētes asinos funesqꝫ rudentes,poete tamē quidam corripiūt verbi huius,primam quod est rudere,sed rudio dis,rudiꝫ vel rudiui est cōmune omnium animaliū clamare siue asini siue aliorum ꝛ cōponitur cum e,ꝛ dicit erudio dis me,cor,in trissillabis id est extra ruditatē trabo. In tartarū,i,in infernum me,cor. hic tartarus et hec tartara in plurali. Sodomorum et sodomis inuenit in plurali. Anepbandoꝫ,i,non nominandoꝫ propter enormitatē malicie,adiectiuum est. Execrabile videtur eis,i,iniustum. In p̄niciem,i,in mortē. hec pernicies ei,est mors,sed pernities,me,cor,in obliquis, et omnis generis,dicit mortifer siue mortalis,a per et necis. Pelliciētes quasi pollucientes,id est polluentes,a pellicio cis, pelleꝛi pellectum,quod est decipere,vnde pellicientes,i,decipiētes. Inde pelex cis, vno l subtracto dicit concupina,quia frēter decipit leccatorē. Inde pelicatus tus, mas,gene,et quarte decli,i,concubinatus vel peccatū cum pelice. Itez a pellicio cis pellax cis,omnis gene,i,fallax,et hec pellacia,i,fraudulentia,ꝛ pellaciter,i,fallaciter vel fraudulēter,a p̄ ꝛ licio cis,cui vel le pi,quod non est in viu. Correptionem,i rep̄hensionē. Uesanie,i,stulticie,pe,cor. Subiugale mutū,i,asina iugo assuefacta vel iugo domita cui insidere cōsuerat Prohibuit loquēdo,ꝛ a via declinādo,ꝛ pedem ad maceriā atterendo. Pelliciūt,i,decipiunt,pellicio cis,lexi,lectū,tertie coniuga. Sus suis cōmunis generis. In volutabro penul,cor,in prosa neu,gene,est locꝰ lutosus in quo inuoluitur porcus.

Capitulum iiij

¶ Nō lateat vos,i,vobis sit notuꝫ,lateo tes,et deceo ces,exigūt accusatiuuꝫ quasi pro datiuo. Soluent,i,in melius mutabunt,soluor eris,solutꝰ sum. Tabescēt,i, deficiēt. Quo,i,ad aliqs qualitates. Satagite,i,conamini,satago is,egi,me,cor,in

Arthemone pe.pdu.i.modico velo. hic arthemo onis me.pdu.et hoc arthemum mi.p eodē Bitalassum.i.cursus duoz mariū a bis z talassū qđ est mare.bitalassuz ē etiā vestigiū luto in pssum. Impegerūt.i. impulerūt qsi cespitātes.impīgo.gis.impegi impactū.i. ipellere tāgere. Puppis ē vltīa ps nauis.h puppis pis. La.xxviij Mitilene nō mitilene vt volunt quidā quod est nomē ciuitatis nō insule.vltima acuta Pira.i.massa siue cōgerie et strue lignoz ad accendendū. hec pira.re.a pir qđ est ignis. Vipera me.coz.serpēs est sic dictus.fe.ge.est. Exhibuit.i.tractauit. Dissenteria.i.passione intestinoz ū a dis.qđ ē diuisio z enteria q̄ sunt intestina.hec dissēteria rie.i.diuisio cōtinuationis intestinoz rū.s.vlceratio intestini quā antecedit fluxus quē greci diariā vocāt Uexatū.i.molestatū Lui.s.isule erat isigne duoz castroz me.pdu.vel cui naui erat insigne castroz me.coz.i.duoz filioz ū iouis qui fuerunt castoz z pollux.et hec est melioz littera. Siraculani pe.pdu. Circūlegētes.i.circa siciliam nauigantes a circumlego.gis.penl. tima coz.si est vna ps.vel sunt due partes Nota q lego gis. in cōpositis mutat e in i vt dilligo z colligo.exceptis plego z relego.z circūlego esset tertiū si esset vna pars Puteolos nomen loci vbi virgilius fecit balnea. Apifoz vna ps pe.coz.et neu.ge. Apifera dicunt funes que corniby antēne dextera sinistraq tenduntur retrouersa.s. que veli ferunt cornua et extendunt velū. Tribustabernis.locus est sic dictus.id est tribus domiby in litore positis ex vno fundamento edificatis. Sibimet nō cum ceteris peregrinis in conductu.i.in hospitō mas.ge.z quarte declina. Cesarem appellare.i.eius audiētia postulare.et ad z pello las.quod nō est in vsu.sed cōponit cuz ad mutata d in p et dicitur appello quod est ad se vocare vel alteri9 iudicis audientiā postulare. Interpellare est interrogare inter aliqua vocare alloqui. Cōpello las. are ē simul vocare in causam trabere Pello las.i.vocare. Alloqui me.coz.et sic loquoz queris cū suis cōpositis. Circunda/tus penul.coz. Conducto.i.hospitio. conductus cta ctū. adiectiuū et substātiuum. Super prologo in canonicales epl'as

acobus petr9

Johannes zc. Ediderunt id est composuerunt.edo edis edidi. Misticas id ē spirituales siue intellectu pfundas. adiectiuum est.a mistis vel misticen quod est secretum. Succinctas id est breues a succingoz eris.cinctus sum.adiectiuum est. Lecutiat id ē cecus appareat.cecutio tis.me. cozrepta.quarte coniugationis. Dudum id est iam diu. aduerbium temporis. Ad lineam id est ad rectitudinem. Digeste id est ozdinate siue explicate.a digeror eris. Comperimus penultima producta in p̄senti cum sit quarte coniugationis in p̄terito coz.eam id est inuenimus et cognoscimus.comperio ris. Impensi9 id est instātius id est frequenter et cum magna instātia.

Super epistola iacobi.

Capitulum. primum

Iacobus dei z

domini nostri iesu zc. Hesitans media cozrepta.i. dubitans. Abstractus id est a bono sepatus adiectiuum est ab abstrabo.is et abstraboz.heris. Illectus id ē ad malū attract9.ab illicio cis.lexi ctum.quod est illaqueare a liceo licui vel lexi.sed composita tenent lexi z lectum.excepto elicio quod facit elicui z elicitū.est autem elicere trahere.illectus cta tum id est illaqueat9 seduct9 quasi in licio positus z ligatus. Transmutatio in essentia Uicissitudinis obumbratio.i.vicissitudo obumbrans siue obscurans quia ab eo nō procedūt vicissim bona et mala.mala enim culpe obumbrant ipsa vero est summa lux. Insitū media.coz id est corde impressum.sicut ramus inseritur stipiti.ab inseroz reris. Refrenās.me. producta.z sic freno.nas.cū suis compositis.

Capitulum secundū

Emanat media producta.i.emittit prime coniugationis.

Capitulum tertium

Zelum.i.feruozem boni quem amari/tudine deturpatis.v.de zelo. Suspicio liuoz amoz indignatio feruoz.suspicio vt in zelotipis.

Capitulū quartum

Dilitant.i.dominantur. Zelatis id est inuidetis vel nimis ardenter appetitis. Insumatis.i.expendatis.in summo mis.psi dicitur quasi in ꝓprios sumptus facere. Uñ glosa super būc locū vt in cōcupiscētijs vestris insumatis.i.in vestris voluptatibus

r

do honorãtes. Segregãt me.cor.i.a consortio fideliũ sepant se.

¶ Super prologo apocalipsis.

Iohãnes apostolus et euãgelista ꝛc. Asciuerat.i.aduocauerat.ascio is.dicit quasi iuxta se scire. Sortiret.i. inueniret siue sortẽ haberet diuine dispositionis sortior tiris.deponẽs quar.coniug. Apocalipsis fe.ge.est.i.reuelatio. Prenotat.i. intitulat siue appellatur ipse deus.

¶ Super alio prologo.

Oro merito idẽ pro dignitate et profunditate. Laus est inferior qr non sufficit.

¶ Super primo libro apocalipsis.

Capitulum Primum

Apocalipsis est reuelatio.ab apo quod est re et calipsis quod est velamentum Inde apocalipsis.i.reuelatio fe.gene. est Pupugerũt.v. Sepe boues pupugi.pũxi quandoqꝫ ꝗternũ.pungo gis.pupugi. Pergamo me.cor. Tiatire pe.cor. Sardis vltima acuta. Podere me.cor. hec podis ris.sacerdotalis linea vestis corpori penitus astricta.eadẽqꝫ talaris. dicitur a pos podos grece quod est pes.qr descendit vsqꝫ ad pedes. Auricalco id ẽ metallo quod splendorẽ auri et duriciã eris possidet.hoc auricalcũ ci. ¶ Capitulum.ij Rumpheã.i.spatã femi.ge.et me.cor. Nicholaitaꝫ.i.hereticorũ tenentiũ sectã cuiusdã heretici dicti nicholai. Siq minus vue ptes sunt.i.si hoc nõ feceris. Mãna neu.ge.est et indecli.i.panis celestis Calculũ.i.lapidẽ durissimũ rotundũ in omni pte leuissimũ igneũ et carbunculũ dictuꝫ ꝓter flãmeum colorẽ.ma.ge.est. Prophetes me.pdu. ꝓphetes tis.cõis gene.ẽ. De idoliticis.i.idolo consecratis.adiecti.fm Duguitionẽ cor.pe.quã cõiter oẽs pdu.

Capitulum iij.

¶ Inq̃nauerũt.i.maculauerunt.inq̃nonas.me.cor. Amẽ.i.veritas teneꝫ noiali/ter sicut hic. Itẽ aliquãdo aduerbialiter. vt amẽ.i.vere et fideliter. Itẽ aliqñ verbaliter.vt amẽ.i.fiat. Locuples pletis.i.diues pe.pdu.oĩs ge.vel cõis. Collirio id est vnctiõe facta ad tergendũ feces oculorum.hoc collirii ũ lirij. Emulare.i.ama et caritatẽ habe. Capitulum iiij.

¶ Jaspis iaspidis me.cor.gẽma est viridis coloris. Sardinis me.corr. hic sardonis.si est idẽ quod sardonix ẽ tricolor. niger in imo.cãdidus ĩ medio.rube⁹ in summo. Smaragdine pe.cor. fm doctos adiecti.est a smaragdo q̃ est gẽma cui nihil viridi⁹ cõpatur.q hic hẽt smaragdinis declinet hec smaragdo dinis.pe.cor. Iris ẽ nomẽ celestis arcus. hec iris iris. vel iridis me.cor. Senas a sex dicit sen⁹ na.nũ

¶ Capitulum vi.

¶ Dicentẽ cõstructio est ad intellectum. Staterã me.pdu. Bilibris me.produc. est vas capiẽs duos sextarios. hic bilibris bris.et põt esse adiecti.. hic z hec bilibris et hoc libre.. a bis et libra Cilicin⁹ pe.pò a cilicio. Grossos.i.ficus primitiuas ĩmaturas et inabiles ad comedẽdũ. q̃ ad pulsum vẽti de facili cadũt. hic grossus grossi masculini generis. Capi. vij.

¶ Amẽ.i.vere vel fiat. Amicti.i.coopti. ab amicior ciris.amictus sum q̃rte cõiu. quod est coopiri siue vestiri. Dealbauerũt i.valde albauerũt. Capitulũ. viij.

¶ Canituri nõ hẽt originẽ.nã cano nis. cecini facit.cantũ i supino nõ canitũ Ũñ in vltimo supino.s.cãtu addita rus fit cãturus.et fm hoc scribi debet hic legi et teneri cãturi trissillabũ nõ canituri tetrasillabũ.a cano nis.cecini quod est cantare z diuinare.et sic est neutrũ.sed ꝓ laudare et metrice scribere ẽ actiuum vel transitiuũ.

Capitalum nonum.

¶ Scorpiũ duplicẽ hẽt declinationẽ.hic scorpio onis.et hic scorpi⁹ pij. Aculei id ẽ stimuli quã gerũt aialia aculeata.sicut est apis. Itẽ acule⁹ est gen⁹ tormẽti ad modũ acus acute. Duo ve materialiter vel ratione significati plurificat Eufrate me.pdu. Dena.i.decẽ.adiec.est. Jacinctinas pe. produ.ĩ prosa.a colore lapidis siue floris quoꝫ vterqꝫ dicit iacinct⁹ cti. Veneficijs i.maleficijs.neu.ge.est. Capitulũ.x.

¶ Supra mare ꝛc. Nota differẽtiã inter sup et supra. ꝟ. Res notat amotas supra sup ĩmediatas. Deuorat me.cor. Amaricare neutrũ inuenit et deponẽs et passiuũ amaricor pe. semp cor. ¶ Capitulũ.xi

. Calamus.i.cãna.mascu.ge.est. Metire me.pdu.i.mẽsura.metior tiris. q̃r.cõiu.

presenti,sed pdu.in ꝑterito.Deprauant me,pdu.Traducti.i.vltra termios fidi ducti.Excidatis.i.extra cadatis.excidoꝛ eris.excisus me coꝛ.i.extra cadere.

Sup prologo in epistolas Johānis.

Actionem Debi ꝛc.Osores.i.eos q̄ habēt alios odio,hic osoꝛ oris.me.pō. a supino verbi defectiui odi odisti osum osu.Eousq;.i.intantū.Dissertat.i.freq̄nter disserit,quod est tractare,dicere.sapiēter loqui.cōfirmare,dissero ris rui.disserꝰtū dissertu tu in to fit disserto tas.Cōprobet me.coꝛ.et sic pbo bas.cū suis cōposi.

¶Sup primaepistola Johannis.

Capitulum primum

Quod fuit ab initio ꝛc.Contrectauerūt a mutāt in e.ex con'et tracto tas.

Capitulum ij.

Filioli penul.coꝛ.Propiciatio.i.miseratio vel recōciliatio p totius mūdi peccatis.Antixps dicit ab anti qō est contra et christus quasi contrariꝰ christo.

Capitulum iij.

¶Suademus coꝛda nr̄a vt scilicꝫ ad meliora pficiamus.vel suademus.i.inclinamus coꝛda nr̄a ad opa dilectiōis fraterne proprie tamē ponit cū datiuo habito aliquādo accusatio.vt suadeo hec tibi Soluit.i.qui deū et hoīem esse xp̄m nō credit.

Capitulum iiij

¶Quisquis.i.oīs q̄.Nota q̄ dictio geminata vt quisq̄s et assumens cunct̄s vt q̄ cūct̄s bēt vim duoꝝ casualium.s.relatiui ꝛ antecedētis ꝛ debet poni i eo casu in q̄ ponit relatiuū facta explicatiōe.vt video q̄squis currit.i.oēm hominem qui currit.

Capitulum v.

¶Regeneratio q̄ est p fidem ꝛ charitatez quib⁹ homo renascitur in babtismo.

Super secunda epistola Johannis.

Senior electe domine ꝛc.Videte.i.considerate et seruate.Qui p̄cedit.i.qui se p̄cedere alios in sapiētia et doctrina iactanter dicit.Nec aue ei dixeritis tanq̄s excōmunicato.vsus.Os oꝛare vale cōmunio mensa negatur.Et os meum spero ad os vestrum loqui.

Sup prologo in tertiam epistolā.

Filium pietatis ꝛc.Diocrepem penul.coꝛ.Obiurgat.i.redarguit p̄me cōiu.

Sup tertia epistola Johannis.

Senior Gaio carissimo ꝛc.Maioꝛem borū.i.bis grecismus est.Primū.i.principatū mas.ge.et quarte decli.Diocrepes pe.coꝛr̄.Cōmoneam.i.cōmonebo.i.patefaciā opa eius.cōmoneo nes me.coꝛre.et sic moneo nes cum suis cōpositis.Garriens.i.falsis rationib⁹ vtens aduersum nos.ad nos confutandos.

¶Prologus in epistolam Jude.

Judas apostolus ꝛc.Erutos me.coꝛ.i.liberatos.Desubiugo,de recipit q̄ sequit pro suo casuali,sed vltima ꝓpositio iungit̄ ꝓprio casuali.et hoc attēde quādo cunct̄s plures ꝓpositiōes seriatim se sequūtur.vt iste vadit de per ante scolas.

Super epistola Jude.

Judas iesu christi seruus ꝛc.Deprecās me.coꝛr̄.Supcertari.i.sup fundamēto sācte fidei certari vsq̄ ad moꝛtez.supcertari p̄ot esse vna ps et infinitiuꝰ verbi impsonalis passiue vocis supcertat̄.supcertabat̄ certatū ē vel p̄ot esse infinitiuꝰ verbi deponētis.supercertoꝛ taris.q̄ō q̄nq̄ est neutrū.Commonere.i.p cōmonitionē excitare.cōmoneo nes me.coꝛ.Domiciliū.i.habitationem celestē.Finitime pe.coꝛ.i.q̄ erāt confines.Exfornicate.i.extra naturā fornicate.i.seq̄ntes concupiscētias in carne altera.i.ī carne masculoꝝ q̄ illi cōcubitui ē indebita.Disputās.i.contēdens.Altercaret qꝛ dyabolus volebat q̄ coꝛpus moysi haberet̄ vt in ipo ppl's p ydolatriā inq̄naret.Horūt p nouerūt.Effusi med̄,pdu.i.toti extra fusi ad amoꝛem mercedis.Feri maris.i.feruentis et inquieti.adiectiuū ē Despumātes.i.ad modū maris inquieti spumātes.despumo as.me.produ.Procella tenebrarum.i.magnitudo penarum inq̄eta in sensu et tenebroſa in visu.Querulosi.i.assueti conq̄ri.Mirātes.i.mirā

106

auro similis cū marini coloris similitudine, a crisis quod est aurū. mas. ge. est. Berillus lapis est viriditate silis smaragdo. sed cū pallore. politur aūt ab indis in sexangulares formas, vt hebetudo coloris repercussu angulorū excitet. alter polit⁹ nō hēt fulgorē. ma. ge. est. Topazius vel topazion indecli. gēma est ex virenti genere omiꝝ colore resplēdens. amplissima ē gēmarū. a ton vel ptotos quod est totū. z patos vel passos quod est color. qz de oī colore lapidū in se hēt. ma. ge. est. et secunde declina. Crisopassus est lapis viridis aureeꝝ mixture. a crisis quod est aurū. z passos qđ est color. ꝓpter colorē viridē cuz aureis interueniētib⁹ guttis mas. ge. est. Jacinctus lapis est ceruleū habēs colorem. optimus ē q̄ nec ratus est nec dēsitate obtusus. sed ex vtroꝝ tēperamento luce purpurea refulgēs sereno ꝓspicu⁹ est z gratus nubilo corā oculis euanescit atꝝ marcescit. in os missus frigidus est in sculpturis duxissimus nec tamē inuictus. nā adamāte sculpitur. mas. ge. Ametistus lapis est inter purpureas gēmas obtinens principatum. sculpturis facilis mas. ge. Istorū lapidum expositionē magis lucidā z diffusam require. Exo. xxviij. Capi. xxij.

¶ Alpha est prima littera apđ grecos. O vltima. ꝑ hoc insinuat dñs se esse principium oīm et finē. Testificare cōiter ē, deponēs. sed hic ponit actiue. Gratis. i. sine p̄cio. Etiā. i. et. Amen. i. vere. vnū latinū z vnum hebraicum.

De mensibus hebreorum

Apud hebreos

Nisan dicit aprilis. z Jar dicitur mai⁹. Siban iunius. Thamū iulius. Ab augustus. Elul septembr. Thesis octobr. Maresuan nouembr. Caseu decēbr. Thebeth ianuari⁹. Sabach februarius. Adar marci⁹. Propter ordinē retinendi nota vsuz. Incboat aprilis sed marcius est tibi finis. Dñ dicit in scriptura quartadecima die talis mensis etatem lune accipe siue intellige. a qua hebrei denomināt mēses suos et ꝑm varium cursum lune qñq̄ incipiūt mēses suos a p̄cipijs mēsiū nr̄oꝝ. qñq̄ i medio qñq̄ in fine. Et ꝓterea prim⁹ mēsis nouoꝝ ą pasce ceremonijs est deputatus nuc marcium. nunc aprilem. nūc aliqs dies may occupat ꝓpter multiuagā lune discursum.

¶ De septē festiuitatibus legalibus.

Egales festitates erāt septē. Sabbatuz quod interꝑtatur reqes z dicebatur festū domini qz i eo dominus requit ab opib⁹ et erat priuilegiatū in dnobus. qz in ipo non licebat iudeis cibos parare. nec vltra mille passus ambulare. Ea die ꝓpter iuge sacrificium offerebant duo agni imaculati cum libamētis suis. Neomenia. i. innouatio lune neos. i. nouum. mene. i. luna. Nam iudei lunatiōies pro mēsib⁹ in actib⁹ legitimis obseruabāt. Ea die offerebāt vitulos duos. arietē vnū. agnos anniculos septē cuz libaminib⁹ suis ꝑ singulos. Nircū quoqꝫ pro declinatiōe peccati cū libamētis suis hec oīa in holocaustū. Quartadecima die primi mensis ad vespere comedebant agnum pascalē. et nox illa dicebat vase. i. trāsitus. qz angelus dñi tūc trāsiuit ꝑ egyptum ꝓcutiens primogenita egyptioruz. et qz ea die egressus est ꝑ⁹ de egypto dicebatur pasca. i. immolatio. Sequēti die incbobatur festū azimorum qđ ptrahebatur septē diebus quorum primus z vltim⁹ erūt solēnes ¶ Decimasexta die siue luna torrebāt ignī spicas recētes z grana manibus cōfricata dño offerebant. Ab hoc sexto decimo die dicit Josephus numerari septē hebdomadas. post quas erat pentechoste. Alij ab altero die sabbati qđ erat in illis diebus azimorū. Alij in ipsa die azimorum. et hec certior est sentētia. In his septē diebus offerebātur ꝑ singulos dies eedem hostie in olocaustū cum libamentis suis q̄ in neomenia. Cōpletis q̄nquaginta diebus erat pētechoste. in memoriā date legis post quinq̄gita dies ab exitu de egipto. Eadē solēnitas dicebat festū hebdomadarū propter hebdomas supputatas. Dicebat etiā festum primitiuorū. qz tunc de nouis frugib⁹ offrebāt panes duos in his septē diebus q̄b⁹ ꝓtendebat hoc festum offerebātur eedē hostie q̄ in neomenia et in diebus azimorum per singulos dies.

¶ Prima die mēsis septimi duplex erat solēnitas. s. neomenia et festum clāgoris vel tubarū. qz tūc buccinabāt corub⁹ pecorinis qz eadē die liberatus est Jsaac ne immolaret ꝑ eo ariete substituto, dicebat

Capitulum xcij

Aduenit in ꝑterito. Alit me. cor. i. nutritur siue pascit. alo alis alui. et alor eris. alitus sum. Capitulum xciij.

Blaspbemie ꝑe. cor. Pardo ma. gene. pardus di. est bestia varia ⁊ velocissima. Pusillos. i. puos. a pusio onis. quod est puer vel infans. pusillus la. lū. i. pu⁹ ⁊ modicus. ⁊ pupus pa. pū. est ꝓprius et pusill⁹. cōponit pusillus cū animus et fit pusillanimis me. pusillanimus ma. mū. i. pusillum babēs animū. Inde pusillanimitas tatis femi. ge. Caracterē. i. notā vel signū vel descriptiōez alicuius forme. hic carācter ceteris. dicit imago. nouus vultus. effigies forma stilus figura lr̄a ferrum quo note pecudibus imprimuntur.

Capitulum xciiij.

Citharedorū. i. eor. qui citharizabāt. hic citharedus di. penul. pdu. Mero id ē vino puro. merus ra. rū. i. purus et ꝑclarus. a meris quod est diuisio quasi a fece diuisum. Inde merax racis. ois ge. me. pdu. dicit purus ꝑclarus defecatus. ⁊ cōparatur merax meracior meracissimus. Amodo. i. de cetero me. cor. Falcē. i. falcastrum vel potius instrumētuz ad metēdum. hec falx cis. Aruit. i. maturuit. Messuit id est messem fecit. meto metis messui messum. Botros. i. vuas. Capitulum. xcv

Effudit me. pdu. Seuū. i. crudele adiectiuum. Afficere. i. affligere Cōmanducauerunt. i. simul māducauerunt. cōmanduco cas. pe. produ. ſm vsum. extorquz ex con et māduco ducas. Eufraten me. producta. Capitulum xcvij.

Prostitutiōis. i. meretricatiōis. hec pstitutio onis. a pstituo is. Circundata penul. cor. Coccineā. i. rubeā. adiectiuum a coccino. Coccino me. cor. ⁊ neu. ge. i. pāno rubeo. Capitulum xcviij

Poculū. i. vas vinarium ad bibēdum neu. ge. Miscere secūde cōiu. misceo sces scui. mixtum. Serici. i. sete. neu. gene. est Inde sericus ca. cum. ⁊ cōponit cuz olon quod est totū. et dicit olosericus ca. cum. i totū de serico. Cocci fe. ge. est. i. tincture medium tenētis inter rubeum et croceuz. hic coccus ci. masculine dicit pānus illo colore respersus. vnde freqnter legitur coccus bis tinctus. Cinum lignū imputribile spinosum i similitudinē spine albe. rotūda ligna sunt. naturā tenet adiectiui. ꝑ

se tamē neu. ge. est. Cinamomum inter arbores aromaticas numeratur. n. g. i. cinamum. Amomū me. pdu. est quoddā gen⁹ seminis. n. g. et facit effluere mēstruum et vrinā. Redarū. i. vehiculoꝝ q̄ttuor rotas babētium. hec reda de. Mācipiorum. i. seruorū neu. g. Sustulit. i. leuauit. tollo lis sustuli. Molare me. pdu. i. de mola vl ad modum mole magnū. adiec. Venefi⁹ cijs. i. maleficijs. n. g. est. Capi. xcix

Alleluia vlti. acuta. alle. i. laudate. lu. i. nomē. ia. i. dñi. Vñ alleluia. i. laudate nomē domini. Jero. alle. i. creatura. lu. i. laudet. ia. i. dñm. Ambrosius. alle. i. lux. lu. i virtus. ia. i. vita. Augu. alle. i. saluum. lu. i. me. ia. i. domine. q̄si saluū me fac domīe vel salua me domie. Grego. alle. i. pr̄. lu filius. ia spūssanctus. Vñ alleluia. i'. pater et filius et spiriussanct⁹. ſm Papiā. alleluia. i. laudate siue clarificate dominum. Bissino me. cor. i. lino cādidissimo neu. ge. est substātiuatum. Bisso. i. veste de biso. hic tenet bissum neutraliter cum femineum sit cōiter. hoc bissum si. Torcular me. pdu. et neu. ge. est instrumētum q̄ vinum exprimit. Capitulum c.

Expectatis. i. detestabilibz. ydolatris pe. cor. ydolatra tre. cōis ge. Substulit. i. sursum tulit. tollo vel substollo lis. quod idē est. Arundineā pe. cor. Structura media pdu. i. fabrica. Jaspis. i. gēma viridis iaspis iaspidis mascu. gene. Saphirus me. pdn. lapis est cerulei coloris cuz purpura habēs pulueres aureos sparsos mascu. ge. est. Calcedonius gēma est colorez pallentis lucerne habēs sub diuo fulget. in domo obscurus est omnibz sculpendis argumētis resistit. radio solis vel digitorū cōfricatione excādens palleas ad se trabit mas. ge. est. Smaragdus est gemma cui nulla viridior compar vel etiā aliud. femige. est. et habet duplicē declinatiōez. s. hec smaragdo dinis. pe. cor. et hec smaragd⁹ di. Sardonix meō. cor. est gēma tricolor nigra ī imo cādida in medio. rubea in sūmo. sardonix cis. pe. cor. in obliquis ⁊ mascu. ge. est. ſm Jsido. sardonix est gēma ex duorū nominū societate vocata. Nam ex onicis cādore et sardij cōstat. et ſm hugutionem habet colorē vtriusq; gēme scilicz onicis et sardij. Sardius est gemma sanguinei coloris. rubre terre habens speciez mascu. ge. est. Crisolitus pe. cor. est lapis

transtulerũt de hebreo in grecũ. postea aq̃ la symachus z theodocion. postea fuit vulgata editio cuius autor ignorat. et ob hoc sic quinta editio nuncupat q̃si sine autore. sexta vero z septimã editionem. Origenes miro labore reppit et cũ ceteris cõparauit. Presbiter quoq; hiero. triũ linguaz peritus in latinũ eloquiũ easdem scripturas cõuertit. cuius interptatio merito ceteris anteferẽ. Nota aũt q̃ añ incarnationem dñi annis. cccx. tpib; ptolomei philadelphi septuaginta interptes floruerunt. Post ascensionẽ dñi centũ z vigintiq̃tuor annis aq̃la primus interps ex hebreo in grecũ floruit. Adriano regnãte. Deinde post annos q̃nquagintatres cõmodo regnãte Theodocion. Deinde post ãnos xx. sub seuero Symathus. Deinde post annos lxviij. quinta editio inuenta est hierofolimis. q̃ vulgata dicit. qz eius autor ignorat. Deinde post annos decẽ et octo sub alexandro. Origenes correxit. lxx. cũ asterico z obelo. postea trãstulit sine his. Hi oẽs de hebreo in grecum trãstulerunt in ecclesia primitiua multi fuerũt vtriusq; lingue scioli q̃ de greco in latinũ trãstulerunt sermonẽ. Hieronimus vero vltimo de hebreo in latinum transtulit.

De diuinationibus.

Diuinationis

quinq; sunt species. s. Mãtice a mãto q̃ in ea pualuit. cui⁹ q̃nq; sunt species. s. nigromãcia q̃ est diuinatio facta. i cadaueriby mortuoz. a nicron qđ est mortu⁹ z mãcia quod est diuinatio Geomãcia q̃ est diuiatio i terra facta. a ge qđ est terra vt i circlo. ydromãcia ab ydor qđ est aq̃. vt in aq̃ pluuiali Aeromãcia diuinatio facta i aere. vt in cõtẽplatiuis circulis q̃si aerimãcia. Piromãcia diuiatio facta i igne. a pir. i. ignis. Maleficiũ ẽ peritia p quã mulieres faciũt ligaturas aliq̃s in dãnũ alicui⁹ vel cõmodũ vt i crista galli z rana z imagĩe cere. Sortilegiũ ẽ diuinatio facta p sortes vs⁹ hui⁹ fuit i veteri testamẽto. sorte etiã vsi sũt apli añ aduẽtuz spũsscti. Augurĩũ est ars diuinãdi p garritũ auiũ. Auspiciũ ẽ p aspectũ auiũ Prestigiũ ẽ p qđ diabolicis illusiõiby ocli hominũ pstringũt ne possint cernere qđ vez est vt faciũt incãtatores Sũt z alij modi diuinãdi qs diabol⁹ adinuenire nõ cessat Mã ariolus diuinat circa aras idoloz ne/farias pces emittẽs z funesta sacrificia offerẽs. hi dicunt etiã inspicere fibras circa aras p cognoscẽdis futuris. Cõiectores diuinãt ex somnijs. Maleffici imolãt pueros demonijs vel saltẽ lustrãt. Phitones sũt vẽtri loq̃ p qs loqt̃ spũs malign⁹. Phitonissa. i. vẽtriloq̃. Diuini dicunt aruspices. i. astroz inspectores Aruspices nũcupant q̃si horarũ inspectores. dies z horas in agẽdis custodiũt. Hi etiã exta. i. intestina pecudũ inspiciũt z ex eis futura pdicũt. Uñ dicũt extipices. Astrologi i astris auguriãt. Genitaliatici alias genitalici dicũtur ꝓpter ꝓsiderationes nataliũ diez. Mã genus hoim p duodeci signa celi describũt. et p siderũ curs⁹ nascẽtiũ mores act⁹ z euẽtus pdicere conãt. Hi vulgo dicũt, mathematici. q̃z superstitio dicit cõstellatio. Interptes etiã stellarũ magi vocant. z hi soli dicũt mathematici. Horoscopi dicunt q̃ horas natiuitatis hoim speculãt diuerso et diffli fato Sortilegi dicũt q̃ sub noie sancte religiõis q̃si p q̃sdã sctoz sortes diuinationis sciam ꝓfitent aut p inspectiones q̃rũ cũq; scripturarũ vt psalterij vel aliaz rez futura pdicũt vel occulta. Saliatores dicti sũt q̃ dũ eis mẽbrorũ aliq̃ ps salierit sibi exinde psperũ vel aduersũ aliq̃d significari dicũt. His oĩby diabol⁹ admiscet Est aũt diuinatio superstitiosa inuestigatio futurorũ.

De noĩby dei apud hebreos

Decem nomi

niby deus noĩat apud hebreos Primũ est el quod alij deũ alij ethimologiã eius ponẽtes scbiros. i. fortẽ interptati sũt. Scdm ẽ Eloy Tertiũ eloe quod vtrũq; i latinũ de⁹ dicit. grece theophobos dicit. i. timor. inde tractũ ẽ de⁹ q̃ est timor colẽtiby eũ. Quartũ nomẽ dicit sabaoth qđ est latinũ exercituũ siue virtutũ. Quintũ est elyon quod interptat excelsus Sextũ est eleye. i. q̃ ẽ de⁹. De⁹ eni sol⁹ qz eter⁹ est. qz exordiũ nõ hẽt. vere essentie nomẽ tenet. In cõpatiõe eni eius q̃ vere est qz incõmutabilis ẽ. q̃ mutabilia sũt Septimũ est adonay. quod genera liter interptat dominus. eo q̃ dominet cuncte creature. Octauũ est Ja quod in deo tantũ ponit. qđ etiã i alĩa i nouissima syllaba sonat. Nonũ tetragramaton. i. q̃tuor lr̃az quod ꝓprie apud hebreos in deo ponitur

etiam festū septimorū vel sabbatū mēsiū. qr hic mēsis septimus fere totus erat solē nis. Ea die ppter oblatiões neomenie of ferebat in olocaustū vitulus vnus. aries vnus. agni anniculi septē. et bircos p pec cato cū libamētis suis. Decima die eiº dem mēsis erat festū propitiatiōis. quia ea die redūt moyses de mōte referēs dīm esse placatū sup offensa vituli conflatilis. Ea die ieiunabāt boies et iumēta et pue ri septēnes a vespa in vesperā p memoria mortuorū et dicebat dies afflictiōis. Di cebat etiā dies expiatiōis qr eo die sangui ne vitulo rufe expiabātur tabernaculum et altare et fiebat ex ea cinis ad expiatiōez immūdorū et ipe expiabātur a pctis ipiº anni p emissionē birci apopompei. Erat aūt oblatio diei illius aries vnus. agni anniculi septē et bircus p pctō cum libamē tis suis. Quintadecima die mēsis eius dē erat scenopbegia quod sonat fictio ta bernaculi. In q̄ p septem dies habitabāt sub vmbraculis in memoriā quadragin ta annorū q̄bus in deserto fuerāt. Unde et festū tabernaculorū dici solet et ptelaba tur septē diebus quorum primus et vlti mus erāt solēnes. Octauus etiā erat solē nis. qr tūc cōueniebāt ad faciēdam colle ctam forte in vsus pauperum vel in alios vsº cōmunes. Unde scenophegia q̄nq̄ le gīt festum octo dierū. Dicit Josephº q i bis octo diebus ferebant in manibus ra mos mirti et salicis et summitates palma rum et virgulas mali p̄sici. et fiebat de cū ctis frugibus terre oblatio domio in gra tiarum actiōe. et oblatiões erāt determia te p octo dies. Oblatiões aūt septē solēni tatum fiebāt de publico nec ppter hoc ces sabat indesinēs sacrificium neq̄ spōtanee et necessarie. Nota q̄ ille tres solēnitates que septē diebus ptelabant pcipue dice bātur et sabbatū quod interueniebat dice bat sabbatum sabbatorū. quasi sabbatuz festorum. alie festiuitates sunt adiecte. et hoc ppter varios cuētus. vt est festum en ceniorum et furim. i. festum hester.

De vestibus sacerdotalibus.

Cto erāt gene ra vestium sacerdotaliuz. s. po deris q̄ erat linea corpi astricta vsq̄ ad pedes descēdēs quā vulgo camisi am vocāt. Abanē. i. cingulū sacerdotalez rotundū polimita arte ex cocco purpura z iacinto cōtextū. Pilleū ex bisso rotūdum q̄si spera media caput tegēs sacerdotis z i occipite vitta districtū qō tbiarā dicim⁹ et galerū. Machil. i. tunica talaris tota iacī tina bīs ad pedes septuagintaduo tintin nabula totidem intermixta ac dependētia mala punica Epbod quod latine dicit su perindumētū. s. palliū supbumerale ex q̄t tuor coloribus z auro ptextum bīs i vtro q̄ hūero duos lapides smaragdinos au ro inclusos in q̄bus sculpa erāt noia p̄ri arcbaz. Logion qō latine dicit rationale pānus duplex auro z q̄tuor ptextus colo ribus bīs ma gnitudinē palme p q̄drum cui intexti erāt duodecī lapides p̄cioſi bic pānus supbumerali ptra pectº pontificis annectebat. Petalū. s. aurea lamina i frō te pōtifis q̄ nomē dei tetragrāmaton babe bat scptū hebraicis lr̄is. Badin. i. femia lia siue brace linee vsq̄ ad genua ptingen tes sacerdotis q̄bus verēda velabāt. Ho ta at q̄ q̄tuor erāt vestes tā miōribus sacer dotibus q̄ chananei dicebātur. q̄ arabar cho. i. principi sacerdotum cōes. Tā pri mo sacerdos induebat mathasim qō stric torium sonat qō grece dicit brace. latine fe minalia. Scō bissina. sindone duplici vestiebat quod nos lineā siue camisiam si ue subuculā vocamus. Tertio succinge bat balthco lato q̄si digitis q̄tuor sic reti culato vt pellis vipea videretur. Quarto simplicē tbiarā gestabat in capite a cidari pōtificis plurimuz differentē. Preter hec pōtifex q̄tuor vestibus ppr̄ijs induebat. quaz prima erat tunica iacintina. podē ris vel ypoderis. i. talaris. Secūda erat epbod supbumerale. Tertium erat orna mētuz quod bebreus essyn. grecº logiou. latinus rationale dicit. Ultimū erat capi tis ornamētuz quod tbiara vel mitra vel infula p̄t dici. speciali⁹ vero cidaris. Su per frōtē vero pēdebat lamina aurea q̄z pe talū dicunt ad modum lune dimidie in q̄ scriptū erat nomē dei tetragrāmaton q̄tuor bis lr̄is. He ioth he Vau q̄ sonāt princi piū vite passiōis iste q̄si passionem huius quē p̄figurat iste sacerdos recuperabit vi ta in Adam perdita.

De interpretibus

Scripturas ve teris testamēti ꝑm Jsi. sub pto lo. Pbiladelpho septuagita uterp̄tes p̄mi

¶ Quattuor fuerūt sinodi principa/
q les que ad autēticādā autorizandā ꝛ
defendēdā fidē quā scptura sacra ꝓdicat
ꝙuenerūt. s. nicena tricētoꝝ. xviij. epoꝝ cō
stantino augusto impante pacta. in q̄ aria
ne pfidie blaspbemia cōdemnaꝝ qz ineq̄li
tatē sancte trinitatis. Arrius asserebat. sz
cōsubstantialē deo patri deū filiū eadem
sinodus cōfitet. Secūda ꝯstātinopolita/
na centūquinq̄ginta patrū sub Theodo/
sio seniore q̄ macedoniū negantē spm̄sanc
tum esse deū condēnauit. consubstantia
lē patri et filio spm̄sanctū demonstrās. s.
et dans formā simboli quā tota grecoꝝ et
latinoꝝ confessio ꝓdicat. Tertia ephesi/
na ducentoꝝ episcopoꝝ sub iunioꝛe theo
dosio augusta edita. que nestoriū duas p/
sonas in xp̄o cōfitentē iusto anathemate
condēnauit. oñdens manere in duab⁹ na
turis vnā domini nostri ihesu christi perso
nam. Quarta calcedonensis. cccxx. saeer
dotum sub marciano principe habita in
qua eutices constātinopolitanū verbi dei
et carnis vnā naturam ꝓnunciantē et ei⁹
defensoꝛem dyoscoꝝ quendam alexādrie
episcopū et ipm̄ rursus nestoꝛium cum re
liquis hereticis vna patrum sententia cō/
dēnauit. ꝓdicās sic natum christū de vir/
gine vt in eo substantiā diuine ꝛ humane
confiteretur nature.

De ortograuia.

¶ Oꝛter scripi
toꝝ imperitiam de ortogra/
uia sunt aliqua bꝛeuiter anno/
tāda. Sciendū ergo q̄ b trāsit in literas
sequētes in certis cōpositiōib⁹ sequēte c.
vt occurro succurro. f vt officio sufficio.
g vt suggero oggannio qđ ad vulpes per/
tinet. m vt summitto. p vt suppono oppo
no. r vt surripio et arripio. In quibusdaꝝ
manet imutabilis vt in abꝛogo abrado.
Uñ. v. Cappa ferēs gramē b sumit p so/
ciamē. i. bec lr̄a b in ab ꝛ sub ob si sociaꝝ p
cōpositionē incipiētib⁹ ab his lr̄is transit
in illas. ꝛ duplicaꝝ illa lr̄a. Uñ subcineri
ci⁹ p b in p̄ma sillaba imputaꝝ ab aliq̄b⁹
vitio scptoꝝ. G quoq̄ in u f̄m prisciani
cā euphanie mutaꝝ vt aufero pro abfers ꝛ
aufugio p abfugio. D in hac ꝓpositiōe
adtrāsit in lr̄as seq̄ntes p cōpositionē sc
c vt accidit. F vt affligo'. G vt aggero. L
vt allido alligo. N vt annuncio. P vt ap
pono appello. R vt arrideo. S vt assideo
T vt attineo attingo. Tollit m̄ s q̄n sequi
tur ꝯsonās post s vt aspgo ꝛ asto. v. Cor
flagrās lenis pira saltans ad sibi mutat.
Tollit inde m̄ sequit si ꝯsona post s. per
principias sillabaꝝ accipias lr̄as i quas
mutaꝝ d in cōpositiōe ꝓpositiōis. D fm
prisciani sonat obscuꝝ in extremitate dic
tionū vt tēplū aptū i pricipio vt magnū
mediocre. i medijs vt vmbra D trāsit
in n seq̄nte d vt tm̄ tantūdē. T vt idē idē/
tidē. L vel q vt num nūcubi ꝛ nūquis nū
q̄s anceps ꝓ amceps. Am ꝓpositio f vel c
vel q seq̄ntib⁹ in n mutat m. vt anfractus
ancisus anq̄ro. sed vocali seq̄nte ītercipit
b. vt ambit⁹ ambesus. A trāsit i l sequē
tē q̄n in ꝛ con cōponūt cū dictiōe incipiē/
te ab l. vt illido ꝛ collido. in r vt irrideo et
corrideo trāsit i m. vt imitto imunis. in p
vt impleo impi⁹. i b vt imbuo ibibo. ꝺ trib⁹
vltimis ꝺz m vel p vel b nūq̄s vult n fore p̄
Elliflui.i.melle fluẽtes.mellifluus lua.luũ.a melle et fluo. vel a meli quod est dulce.et tũc esset per vnum l. Misterium id est secretum a mistis quod est secretũ. Laudibus efferam id est extollam. effero fers.extuli.ab ex et fero.et ex trãsit in f. vel referã.i.exprimã.refero retuli. Contulisti gremio.i.portasti vel nobis dedisti. hoc gremiũ mij Beata viscera.visceris z re.in singulari.in plurali hec viscera rum.rub9 id est interiora. Ubera neu.ge. hoc vber beris mamilla. Lactauerũt actiue.v. Lacteo lac fugo.lacto lac pbeo natu. Illuxit id est instruxit.illuceo ces.xi. Puerpera q̃ parit puerũ.hec puerpera a puer z pario. Notũ fecit salutare.i.christũ.qui est salutare.i.salus.hoc salutare taris. Tecũ principiũ.ego scz existens dicit pater filio.

¶ De sancto Stephano.

Prodigia sunt maiora miracula.hoc prodigiuz prodigij. Hestatuas id est imputes ad penã.statuo tuis. Sec9 pedes id est iuxta Jacturã.i.lapidũ proiectionẽ fecerũt impij.hec iactura re.z q̃

neu.ge.Saphiro.i.lapide pcioso.Colo
ris cerulei media produ.mas.ge.est.

De sancto francisco.

SUstulit angelus beatũ Jobã/
nem.i.eleuauit.tollo tollis sus
tuli.Apicẽ.i.summitatẽ littere
siue metulam que et si nõ signi
ficet tamẽ facit significare vel litteraz sim/
pliciter.hic aper cis.Uel pro saltẽ.Nec
tota.i.minimã litteram apud grecos trã/
greditur.Regerit.i.refert.regero ris.gessi
gestũ.non est hic dicendũ redigit Auriga
ge.est bubulcus mas.gene.Increscunt.i
multiplicantur et inualescunt.incresco in
creui.Ut id est postq̃.Hoc id est statim
Secedit.i.diuertit et se transfert.secedo
dis.Consultans id est a deo consilium re
quirens.a consulo.versus.Cõsulo te po
sco tibi consulo consilium do.Insigne.i.
responsum significatiuum.hoc insigne
nis.adiectiuum tertie declinationis.Ui
lipendit id est contemnit vel despicit.vi/
lipendo dis..Squalenti vultu cernitur.
id est sordido.a squaleo les.quod est sor/
dere et esse vel fieri asperum vel squalidũ.
et est quandoq̃ idem quod splẽdere Im
peditur.i.inuaditur siue iniuriose percuti
tur.impetor teris.impetitus ad modum
quarte coniuga.est in preterito et supino
Pertractum id est violenter et inhoneste
tractum.a pertrahor eris.Domi aduerbi
aliter.Obiurgans id est reprehendens et
vituperans.Uincit id est ligat.versꝰ.Ui
uo facit fixi.ci vinco.vincio vinxi.de hoc
agitur.Non cedit immo occurrit furie pa
tris.Effrenati.i.sine retinaculo pietatis
ad verbera relapsi.adiectiuum est.Ad p̃
sulem.i.ad episcopum.presul lis.mas.ge.
Exulẽ.i.peregrinũ et hospitem.exul exu/
lis.mas.gene.vel cõmunis.Seminudo
corpore.i.medio nudo.a semis quod est
mediũ.indeclinabile et omis gene.et nu/
dus dicitur.seminudus seminuda semi/
nudũ.Zelator.i.amator masculini gene.
In cenobio.i.in monasterio.hoc cenobi
um cenobij.a cenon quod est cõmune.qr
ibi agitur cõmunis vita.Inde cenobita
te.cõmunis gene.Cenon grece latine di/
citur nouũ.vanuz et cõmune.v.Cenon
dic vanũ cenon cõmuue nouũq̃ Hinc ce
nobite q̃b est cõmunio vite.Sub typo
i.sub figura.hic typus pi.figura et simili
tudo.Itẽ forma status et quedã herba t
tumor superboz dicit tipus.tipicus figu
ratiuus.Nutu.i.volũtate.vel ꝓsensu.hic
nutus tus.tui.est voluntas cõsensus et si
gnũ quod fit oculis vel manibus.Inni/
tit ur.i.adheret.innitor teris.adherere et
appodiari.Ut.id est postq̃.Uerita san
ctiremunerant.i.pmiã tur vel honorãtur
Nouis natis.i.filijs.Contẽptus.i.abie/
ctus.a contemnor eris.Area.i.in mũdo.
Uiuit vita glorie quondã functus.i.vsꝰ
vita gratie.fungor fungeris.functus sum
Horreo.i.granario neu.ge.Substituẽs
i.p deuotionẽ subijciẽs.vel substituẽs qr
post mortem eos imitatores habuit p cõ/
uersionẽ et conuersationẽ.Absorbtus.i.
profundatus et circũfultus.ab absorbe/
or absorberis absorptus sum.Quadrãs
id est numus cõtinens duo minuta.h po
nitur pro minimo peccato.mascu.gene.
Nouissimus proprie dicitur vltimus.qñ
q̃ vilissimus.hic ponitur p minimo.Fe/
derãs.i.copulans et consocians.a federo
ras.Obtemperãs.i.obediens.ab obtem
pero ras.Inquit.i.dixit.inquio quis q̃t
inquiunt.inquisti inq̃t.et inque inqueat
tertie coniu.i.dicere.Inq̃ pro certe ad/
uerbiũ affirmandi.Inquã etiam est ver/
bũ defectiuũ quod satisfacit triby tempo/
ribꝫ ꝓm quosdam.Unde inquã ponitur
pro dico.p dixi.pro dicã.verũ presens
preteritũ dic inquã siue futuꝝ.Callem in
terminũ.i.sine termino et fine.intermin9
na.nũ.Nam cupiditas nõ termiatur nec
finitur diuitijs vel pecunijs.hic callis est
via.proprie semita.Precludit.i.interdicit t
q̃si claudit.Cor extraneũ.i.alienũ a curis
secli.adiec.Bissenari9.i.duodenari9 ma.
ge.a bis t sen9 na.nũ.quod ptinet ad sex.
Una ī põderibꝫ ẽ dragma vel due libre t
semis vl dimidia.mna ne.fe.g.et pme de
cli.Fenero ras.et feneror raris.inuenitur
deponens.est mutuare vel mutuari.dare
ad vsurã et accipe.vñ fenerator q̃ ad vsu/
rã dat vel accipit.hic ponit p prudẽtia lu/
crãdi spũaliter.Doct9 ea q̃ sunt pfectiõis
doceor grãmaticã.Assuit.i.astitit.assum
ades affui.Effigies.i.forma et silitudo
fe.ge.et quite decli.Carnis liuide.i.ni/
gre.a liueo ues.liui.i.nigrescere ꝓprie tñ
or li uida ex pcussiõe virgaꝝ vel bacli liui
dus liuida liuiduz.dicitur qñq̃ inuidus.
Pretẽdere.i.ostendere.demonstrare.O
virum mirabilẽ.qñ interiectio admirãtis

Obdutero.i.opuero.obduco cis. In velamēto.i.in operimēto neu.generis.

¶ Dominica in sexagesima

Quantotius ꝑperate.i.quāto citius potestis.a quāto et ocius. i.velocius et ocius. ocis grece velox latine.et cōpatur ocis ocior ocissimus.

¶ Dominica in quinquagesima.

Dilicē me.cor.hec ilex cis.est arbor clandifera. Dābre ē nomen viri. De vr.i.de igne. vel est nomē ciuitatis.

In prima dñica quadragesime.

Later vestibulū id est porticum neu.ge. Prestabilis super malicia.i.precellēs.a presto as. qđ est antestare ꝑ esse precellere. qr maior est sua misericordia ꝙ nostra malicia. Pinnaculū.i.fastigiū siue summitas neu.gene.a pinna quod est summitas cuiuslibet rei. Que ponūtur in antiphonario et sumunt de textu biblie require i mā monrecto.

In parasceue.

Optabunt.i.desiderāter aiam iusti ad mortē ptrahere pcurabunt.capto.i.frequēter capio et desidero. Caligauerūt.i.obscurati sunt in vidēdo ꝑter nimias lacrimas. Caligo as.me.prō. Agyos Otheos.ista vocabula exponunt subsequēter per latina.i.sanctus deus. Agyos yschyros.i.sancꝰ fortꝭ. Agyos athanatos eleyson ymas.i.sancte immortalis miserere nobis. Unde agyos sanctus.i.sine terra.ab a quod est sin ⁊ geos qđ est terra.theos deus. Jschiros.i.fortis.athanatos īmortalis.ab a qđ est sine et thanatos qđ ē mors siue mortalis. Eleyson.i.miserere.ymas. i.nobis. In missa cū dicit kyrieleyson dicit kyrie.i.domie.nā kirios ꝑ vnū ⁊ dicit dñs. Eleison aūt idē est qđ miserere. Unde kirie trissillabū.i.domie.eleison tetrasillabū ꝑ diptongū.i.miserere. Xpeleison i.xpe miserere. Aliud grecū sonat in missa scz ortodoxis.i.catholicis. ab ortos qđ ē rectū et doxa quod est gloria. Inde ortho doxus ra.qui q̄ recte de fide ac noticia dei gloriat. et pōt esse adiectiuū. Tria vero sonāt hebraica.s.amē et alleluia.et osanna. Osanna.i.salua obsecro. Amē.i. vere ⁊ fideliter aut fiat Alleluia.i.laudate siue glorificate dūm. ¶ De sancto Andrea.

Rux dedita.i.consecrata. Expassis manib⁹ deberet scribi et proferri nō expānsis.qr expādo insupino facit expassum. ⁊ pā do facit passum pateo patior quoꝙ passū sed vsus et viriū scriptor ꝓualuit in contrariū. De sancta Agnete virgine:

Carnis spurcicias id est imundicias. Hec spurcicia.a spurcus ca cū quod est turpis fetidus et īmundus. Ad mittā.i.recipiā.ex ad et mitto tis Uernantib⁹ gēmis id est clarētibus gemmis et delectantib⁹.a verno nas. Modulantib⁹ vocib⁹ cantat.i.dulcibus ⁊ melicis siue melodiatis.a modulor laris. vel modulo las.in eodē sensu.quod est dulciter cantare ⁊ melodias facere. modulatus tatū. Subarauit.i.spōsanit.sub aro ras.ex sub et aro ras.quasi subtus auro. et tunc cor.me. Uel subarro ꝑ duplex r.ex sub et arra re.vel arro ras.quod nō est in vsu q̄si quadā arra obligare. Unde quidam magnus magister dixit Quā spōsus subarat prius arrabone subarrat.de vtroꝙ potest hic intelligi. Ciclade vna pars.id ē pallio circūtexto et multos circulos continente hec ciclas adis.me. correpta. vel ciclade pro eodē.et tūc distinguitur cicla texta de auro. Benas.i.goltas.femi.generis.

¶ In purificatiōe beate Marie virginis

Dopanti.dicit obuiatio vel occursus.appellatur.festū purificationis.qr simeon et anna obuiauerūt domino ⁊ filio benedicto.naturā sapit feminini indeclinabilis. In vlnas.i.in brachia. hec vlna ne. Affatū.i.allocutum.ab affor aris.et regit accusatiuū. ¶ De beata Agatha.

Ingenua.i.nobilis.ingenuus nua.nuum.cui competit libertas ex genere. Et spectabili genere quod scilicet alij honorāt quando vident.adiectiuū tertie declina. Dire id est dure crudelitatis. homo durꝰ dura durum.i.valde crudelis Suristi sugo sugis.id est lac attrahēdo lambere In eculeo id est in instrumento siue tormento ad modum equi facto.hic aculeus lei. In stadio.i.incursu.hoc stadiū dij. ꝑ prie est octaua ꝑs miliarij. Agonē.i.pugnam hic agon onis. Restaurat id est reparat et reintegrat. Uelum quod erat circa altare.

Oꝛreptus est timoꝛe quasi simul raptus.a corripioꝛ peris. Apis tibi argnmẽtosa.i.p fructu sollicita argumentosa adiectiuuz est. Perferre id ẽ deferre siue referre.hic pfero ptuli platum in supino. Eia interiectio adhoꝛtantis. Ualedicere est in recessu salutem impcari valedico cis. Posco scis.popoſci sine supino.est postulare. Emano nas me.pꝛ. est extra manare id est fluere. Per girum.i p circumitũ.girus ri ma.ge. Ab inuicem possunt esse due ptes ab ꝓpositio recipit aduerbium loco sui casualis. Centupluz põt esse nomẽ.centuplus pla.pluz.quod tamen tenet locum aduerbij comperandi Tuto tas.est defendere et assecurare.z inuenit deponẽs.a tueoꝛ eris. Euge.i.letare gaude bene vale.aduerbium letantis laudantis vel hoꝛtantis.fm Papiam interiectio applaudentis. Nota preter hoc ꝙ euge quandoq; est exultatoꝛium. Eze/chielis.xxv.pro eo ꝙ dixisti euge ꝛc̃.quãdoq; insultatoꝛium.psal. Dixerunt euge euge.viderunt oculi nostri.quãdoq; adulatoꝛiũ.psal. Ferant cõfestim cõfusionem suam qui dicunt mihi euge.quandoq; adturatoꝛium. Ezechiel.xxvi. Cõfracte sũt poꝛte pompei.quãdoq; applausoꝛium sicut Math.xxv.et Luce.xix. Euge serue bone ꝛc̃. Domina est poꝛta peruia.i.per quã potest intrari ad vitã.peruius uia.ui um. Ipa area cõpluta id est irrigata.a cõ/pluo pluis.et cõpluoꝛ eris.cõplut⁹ sum.

De aqua benedicta.

Ic exoꝛcismus exoꝛcismi est adiuratio.siue increpatiõis sermo contra diabolũ vt discedat.hic exoꝛcista.i.adiuratoꝛ vel increpatoꝛ. exoꝛciso sas est aquã vel aliud ꝙ exoꝛcismũ benedicere

Super canone misse.

Ic surcul⁹ li.est ram⁹ h canonis. Oꝛ regula qz ꝙ eã fit sacramẽtoꝛũ confectio.hic etiã dicit actio.quia causa in ea cum deo agit. Dona offerim⁹ propter panem in quo est farina et aqua. Dunera propter vinũ in quo est aqua z vinũ. Sancta sacrificia propter vtrunq;. Oblationẽ nostrã.i.hanc materiam terrenam ad coꝛpus filij. Benedictione repleri petimus.sicut de Adam eductũ coꝛp⁹ in virgine spiritusancto conceptũ et benedictum est.ascribi etiam petim⁹ et appꝛobari ad formã coꝛporis filij dei vnitã diuinitati.et ratãm.i.veritatem fieri finaliter postulamus.vt sic fiat in fide nr̃a rationabilis et pro deuotiõe acceptabil. Nota aũt cũ dicit. Uere dignũ et iustum est.ꝙ propter duas substãtias in xpo significãdas scribit littera v que ex vna pte aptur et ex altera sequẽti cõnectit siue coniungit quo designat xpi humanitas que apte matris inchoatur et diuinitati copulat. Naz per litteram d que circuloso oꝛbe vndiq; clauditur designatur diuinitas xpi. q̃ nec initio aperitur nec fine claudit siue terminatur. Aper aũt quo littere in modũ crucis coniũgunt est sacra cruz per quam humanã diuinis sociantur.

Super hymnis et primo de tempoꝛe.

Rimo dierum ꝛc Toꝛporibus.i. pigritijs et somnolentijs. Dic toꝛporis media produ.. Ocius id est velocius solito.ocis grece latine velox dicitur.et cõparatur ocis ocioꝛ ociissimus. Quiq; id est q cunq;.quisq; quecq; quodq; vel quidq;. Affatim media.coꝛ.id est valde abunda/ter et assidue.ex ad et fatim quod est abundanter et valde. Feda.i.imuuda. Lubrica.i.luxuriosa. Cõpago.i.coniũctio coꝛporis cum aia.hec cõpago ginis.me.pro du. Auernus ni.est infernus quasi sine vere mas.ge.vel femini gene.fm quosdam. Cremari id est cruciari Acrius.i.foꝛtius vel durius. Probra dicũtur peccata ꝓpter que hõ est in oppꝛobꝛio.hoc pꝛobꝛũ bꝛi. Diluere.i.abluere et delere. Diluo uis.a di et luo. Quo pro vt. Exules.i. alieni et sepati.exul lis.me.coꝛ.cõis ge. Celebs libis.me.coꝛ.omis ge.dicit celestẽ vitã ducens.i.virgo castus sine sollicitudine seculari.vel vir sine vxoꝛe.hic celibatus q̃ꝛte declina.est virginitas. Ut.i.sicut Cernuus nua.nuũ.i.bumilis p̃clarus. mundus incuruatus.accliuus.sedulus. Hoc melos indecli.et hic melos lodis.i.dulcis cantus et dulcis modulatio.

Cterne rerum ꝺitoꝛ ꝛc. Nota differentiã. vsus Eternum sine principio et sine fine manebit. Perpetuum tenet initiũ finẽq; repellit. At sempiternũ vult finem principiumq;. Preco diei est gallus.i.nuncius.mascu. generis Peruigil id est vigilatoꝛ omnis gene.vel cõmunis.peruigil.gilis.media correpta

adiũgitur accnſatiuis ſubintelligendnm eſt verbũ conſonũ ſententie.a quo regak ille accuſatiu⁹ qui nõ põt regi ab interiecti⁊one. Dat aurẽ.i.efficit intẽlientẽ. Propere.i.celeriter.aduerbiũ quadtatis vel tpis a properus ra rũ. Prodere.i.manifeſtare et oſtẽdere et quãdoq; eſt ꝑditionẽ facere prodo dis.ꝑdidi proditũ. Vec vola le.eſt palma manus.

¶ Vebeata maria Vagdalena.

Agdalena attulit alabaſtrũ ſi⁊ue vnguentũ. Voc alabaſtruz eſt genus marmoris in q̃ bene ſeruãtur vnguẽta.quãdoq; ponitur ꝑ ipſo vnguento. Extergo gis.terſi eſt ſiccare et mũdare. Rigare eſt madefacere adaquare.ſed ponit hic pro lauare.

¶ De beato Laurentio.

Aſultat id eſt deridet ſiue illudit.frequẽtatiuũ eſt.ab inſilio lis.inſultum. Degener neris. cõmunis generis dicitur qui ẽ extra generis dignitatem. qui de optimo genere natus inhoneſte viuit.ſ.ignobilis qui nobilitati generis nõ reſpondet. verſus. Degener z ſoſpes paup quoq; diues et boſpes. Omis erant olim que ſunt cõmunia nuper. Vanet te id eſt expectat. maneo nes.i.expecto tranſiuitiuũ. Urgere.i.ſtringere cobercere ſtimulare. Urgẽtetes carnifices dicũtur vl qz mẽbra ſtringebant.vel qz miniſtros inferiores affer⁊re prunas coercebãt. vel forte vrgebãt.i. importune inſtabant ſicut dicit ſolennis vrgebat dies. Aſſatus.i.vſtulate ſiue crematus.ab aſſor ſaris. Plane.i.certe vl vere. Regira.i.reuolue.regiro giras.me.p⁊du. Eſtuat⁹.i.igne cõſumptus.ab eſtuor aris.eſtuor ab eſtus q̃rte decli. Ureret.i. cremaretur.vor veris vſtus ſum.

¶ In aſſumptione btẽ Varie virgtnis

E ſuper riuos aquarũ. De ſuper due partes ſunt. Dies ver⁊nia vere vernus na.num. Aromatizans id eſt redolens. ab aromatiſo tiſas. Monilibus.i.ornamentis pectoris.monile lis.neu.generis. Supra ſidera. Nota differentiam de ſuper et ſupra quando ꝓprie ponũtur.verſ⁹. Res notat amotas ſupra.ſup immediatas Janua leti.i.mortis. Doc letũ leti.i.mors p contrariũ qz tollit leticiam. Stellato ſo⁊lio id eſt ſtellis ornato. nomen adiectiuũ eſt. Fructũ vl fructui vite in te cõicauim⁹

¶ In decollatiõe ſancti iobãnis baptiſte

Iſſo ſpiculatore id eſt gladia⁊tore.a ſpiculum li.quod eſt lã⁊cea breuis vel ſagitta.hic ſpiculator oris. Diſcus.i.vas rotũ⁊dum deſuper valde extenſum.verſus. Eſt diſcus ludus.diſcus quoq; regia menſa. Diſcus ſcutella tibi diſcus ſit q̃q; mappa

¶ In natiuitate btẽ Varie virginis.

Ecolimus id eſt ad memoriaz reducimus. recolo lis. exre et colo. Illuſtrare eſt illuminare illuſtro ſtras Vita inclita id eſt glorioſa et preclara. Juuamen id eſt adiutorium neutri generis. Precelſus precel⁊ſa ꝓcelſum.eſt prealijs altus et glorio⁊ſus. Adoleo les.i.cremo vel incendo.

¶ In feſto omnium ſanctorum.

Nachorete penultima produ⁊cta.ſũt heremite.hic et hec anachoreta te. q̃ſi coranges ieiunijs.vel ab ana quod eſt ſurſuz et chorus.quaſi celeſtẽ chorũ inhabitãs.

¶ De beato Martino

Atbecnminis id eſt in fide in⁊ſtructus.et nondum baptizat⁹ adiectiuum põt eſſe a catbeſis quod eſt doctrina vel locus doctrine.catbecizo zas.plura ſignat. verſus Cõſummat cõfirmat reꝓhendit ſiue refu⁊tat. Inſtruit informat docet imbuit hec catbecizat. Cune⁹ nei.eſt ſocietas maſcu⁊gene. Deificus ca.cum.i.diuinus na.nũ Antiſtes ſtitis.eſt epꝰ maſ.ge. Choruſcare eſt reſplendere. Hic globus bi.eſt rotũ⁊dus aceru⁹ cuiuſlibet rei volumẽ z augmẽtũ. Hic glom⁹ mi.z hoc glom⁹ eris.ꝓ eo⁊dẽ.ſ.ꝓ adunatiõe z glomeratõe filoꝝ. vꝫ Hic glom⁹ hoc ve.glom⁹ fili glomeratio ferẽ. Tertia rñdet reliq̃.ꝓmoq; ſcda.ſ.declinatio Hoc nomẽq; globꝰ alijs poteris dare rebꝰ.ſicut patet ꝫ ꝓ igne.ſic z ibelua. Imminere ẽ inſtare.imineo es. Renitẽtis me.cor.a reniteo tas.ꝺr reſplẽdẽs z lucidus. Egregi⁹ gia.giũ.ꝺr nobilis q̃ſi ex⁊tra gregẽ ignobiliũ tract⁹. Sin⁹ abrae.ꝺr loc⁹ vbi ẽ abſentia oĩs mali z pñtia oĩs boni.q̃ndã dicebaẽ loc⁹ vbi erat abſẽtia mali.ſz nõ pñtia boni ma.ge.z q̃r.decli. Palma me.ponit ꝓ victoria fe.ge. Canorus ra.rum.id eſt dulciter canens.

¶ De beata cecilia virgine.

accipitur pro feruida intentione desiderij in boua pte, ambio, pdu, supinū, z mutat e in i. p. Ambio sumitio retinēs vestigia quarte. Cetera sunt in eo q̄ veniūt ab eo. Iusero fers, intuli, est intus ferre. Labasco scis, melius stat hic q̄z labesco scis, labescat, i. diffugiat et euanescat. Hora re. Ige, dicit culpa. Concinere et caucre ponit hic pro laudare.

Ad laudes.

Splēdor paterne glie. Diem illuminās mō trāsit pticipiū i nomē cōstructiōe si habet hic diem. Illabi petimus, i. in nos descēdere. Dico cas, est resplēdere, inde micās tis. ois ge. Dic nitor toris, dicit splēdor, a niteo tes/ perpes tis, me, cor, et ois ge, i. ppetuus. Vociubar aris, me, cor, in obliq̄s, si quā do inueniat est splendor. Relego gas, media pdu, est expellere et bānire siue condēnare, hec lr̄a debet esse hic releget et nō religet qō cor, me, et faceret malū vsum Secūdo as, est prosperū facere et cor, primā, et debet hic esse secūdet et nō fecūdet. Hoc crepusculū li, dicit initiū diei vel noctis, a crepozon quod est dubiū, vnde aīa nescit crepusculū q̄n iu ea nō remanet dubium. Aurora totus dicit p̄ps q̄ est tot⁹ lucidus Prouebo bis, uexi, uectū, dicitur procul vel ante vehere, pmouere et extollere, quelibet significatio pt cōpetere isti loco Prodire est in apertum venire, ex pro et eo is interposita d.

Ad vesperas.

Omense celi cōditor. Fluētū ti, dicit aq̄ fluēs. fluēta diuidūtur, q̄n aq̄ in superiores et inferiores distinguūtur. Soluz li. dicitur terra q̄ tanq̄z solida sustinet illa inferiora, vel solū ōr hic terre supficies q̄ dissiparetur si aq̄s vndiq̄z opiret. Diclemes mis mitis, media cor, est via trāsuersa per agros, et est finis vel termin⁹, et sic ponit hic, inde limito tas, i, termino as.

Feria tertia ad nocturnum.

Consors paterni lumīs. Hec caterua fe, ge, dicit multitudo siue turma, vñ, cateruatim aduerbiuz cōgregādi. Obruo is, ex ob et ruo is, trāslatiue ponit hic imprimere et deijcere.

Ad laudes.

Ales diei nūci⁹, hic z hec ales tis me, cor, ōr auis z ponitur p gallo Dic z hec deses dis, me, cor, ōr piger Lis cis ciui q̄rte cōiu, ē vocare, et sic ponit hic Ite cieo es, secūde cōiu, accipit p eodem. Dissicio cis, secui, me, cor, in pñti vt supra in hymno Eterne rerū cōditor, dissice et nō discute, i, diuido vel dissipa z abrūpe. Lumē ingerere z īmittere, ingero ris, gessi.

Ad vesperaa.

Elluris ingēs cōditor. Eruo is, i, libero, terra eruit q̄n ab aq̄s cooperiētiby detegit. Fuluus ua, uū dicit ruffus et rubeus, a fulgeo ges. Perustus sta, stū, dicit valde adustus vl in flāmatus, a puro ris, ussi, ustū. Obtēperas id est obedio.

Feria quarta ad nocturnum.

Rerum creator optime. Hic sopor poris, est pfundus somn⁹ Mersus sa, sum, est pfundat⁹, a mergor eris Propheta in nomine uo pphe. a sicut noctib⁹ nō nouimus sicut multi habēt. Censeo ses, sui dicitur iudicare iubere, statuere, suadere, nominare, estimare, numerare, p statuere vel ordinare potest hic accipi.

Ad laudes.

Nox et tenebre et nubila. Hoc spiculū li, ponit hic p radio. Color nō calor. Hic fucus ci, est herba q̄ dā de q̄ fit tinctura q̄ etiā dicit fucus, z sic accipit hic, inde fuco as, est colorare, et p quolibet supposito colore accipit. Ite fucus est vermis volatilis maior ape et minor scrabrone mel comedēs sine labore. Ite fucus dicit mendaciū, fraus, dolus, insidie, astucia. Illino is, leui, illitū ē maculare siue inficere et deturpare, a passiuo verbo illinor neris, venit illitus ta, tū, media pdu, i. infectus, deturpat⁹, s. impigatus. Eous ea, eū, dicit orietal⁹.

Ad vesperas.

Deli deus sanctissime. Lucidū centrū poli dicit sol q̄ est in medio planetaruz. Hic polus li, i. celū. Pingo gis, ponit hic p ornare. Dirimo mis, diremi diremptū ē diuidere, inde direptio, i, diuisio.

Feria quinta ad nocturnum.

Nox atra rerū cōtegit. Ater tra, trū, i, obscur⁹ et niger. Hoc piaculū li, dicit culpa, peccatū, scelus, mors, sic accipit hic. Ite dicit illud q̄ piat, i, purgat, s, remedium, vñ. Eua intulit piaculū, i, culpā, s; maria

Lux dicitur nocturna que tenebris ē admicta illa manifestabit viātibns.i.ambulantibus.vio vias venit vians antis.omnis generis.Noctē a nocte segregabit.lux que peccatorē a peccato reuocat.Lucifer luciferi est stella matutina mascu.generis Soluit polū caligine.i.illuminat celum fugatis tenebris.polus poli mascu.gene Caligo caliginis feminini generis dicit lucifer excitatus.qui ante videbatur nob dormire.Dicet bec nauta naute dicitur qui regit nauem.Pontus ponti masculi.gene.dicitur mare.Fretum freti neutri gene.est maris feruor vel inundatio.Mitesco scis.est tranquillari et sedari Nota differentiā.vnde ỽsus.Pontus ponte caret sed ab equo dicitur equor.At freta cū feruent.mare dicas cum sit amarum.Petra ecclesie dicitur Petrus.Diluo is.est delere siue lauare et purgare.Strēnue id est festinanter.Labo labas idem est quod labor laberis.et debet hic poni labantes propter versum iambicum qui requirit iambum in secūdo loco.sed esset spondeus si diceretur labantes.qz labor laberis pducit primam.labo labas aūt corripit primā Dissicio cis.secui.sectū.i.dissecare.diuidere.dissipare.abrumpere.a dis et seco secas.et transit ad tertiam coniugationē.et hic debet dici.mentis somnū dissice.non discute.Primū id est maxime.Sonet id est laudet.sonare ponitur hic pro laudare

Ad nocturnum.

Nocte surgentes ⁊c. Reboo bo per e in prima sillaba et nō p o id est resono nas.hic dicitur reboat in omni gloria mundo.

Ad laudes dominice.

Ece iam noctis. Dic nisus nisus sui.dicitur conatus.a nioreris.Miserat⁹ a misereor aris. deponens est et transitiuum ⁊ ad deū pertinet.sed misereor reris.ad hominem spectat cum datino.

Ad primam.

Iam lucis orto sidere id est sole Sidus eris.neutri ge. Supplex plicis.media correpta.et omnis ge.dicit humilis. Horor dicitur hic asperitas et malicia. Litis id est discordie.lis litis fe.ge. Foueo ues. ponitur hic p abscōdi et coopiri. Uecordia die.fe.ge.i.stultia. Absisto stis. id est longe fieri. Sors id est naturalis conditio vel diuina dispositio.noctem reducit cum dies abscedit. Ad tertiam.

Unc sancte nobis spirit⁹ Spiritussanctus est vnum patri ⁊ filio per essentiam quez rogam⁹ Ingeri.i.intus geri.et imitti. Igeror reris. Flāmesco scis.a flāmeo mes mui sine supino.flāmasco scas.vero a flāmo as.nec est reprobanduz in hoc loco si quando legatur.

Ad sextam.

Rector potens verax deus. Instruois.ponitur hic pro ordinare et ornare.

Ad nonam.

Rerum deus tenax vigor. Hoc vespere ris.dicit pro hora.v. Uesp in a vel in e vel in um pro tpe dicas. Ri rorū cantant.re rax tumpana pulsant. Quo pro vt cōiunctio adiunctiua.

In dominicis diebus ad vesperas.

Tucis creator optime. Tetertra trum.dicit obscurus niger et tenebrosus. Chaos indecli. dicitur cōfusa obscuritas. ỽsus Est chaos infernus cōfusio principium⁹. Illabor beris.me.pdu. est intus labi sed pfugere et deficere pōt hic accipi. vel potius pro aduenire. Erul cōis gene.ponitur pro exptē et aliena anima amare vite. Illigo gas.media cor.est intus ligare Intimū celorum dicit christus. Pulsare ponitur hic pro inqrere.

Ad completorium.

Ecce lucis ante terminū. Hic presul lis.dicit hic defensor. Sōnia.i.vane illusiones. Fantasmata.i.apparitiōes maligno/ruz spirituū quibus aia fatigatur hoc fantasma atis. Polluo is.p duplex l.i.maculare et fedare.a porro et luo. Luo is.est redimere.fugare tenebras.punire mala.impregnare oues.et esse in ardore coit⁹ quo ad bruta.v. Crux luit.es.serpo.lux mala. pignus ouēqz. Tenebras dicit ⁊ luere qñ salit ouis. Serpo onis.ỏr aries siue verues.

Feria secūda ad matutinas.

Omno refectis artubus. Artus mascu.ge.et quarte decli.dicitur membrū. Refectio ista ponit hic pro satietate dormitionis. Ambio bis.eram et eo is interposita b.ỏ.circūdare.bonorē appetere.vel aliud desiderare.ſz hic

117

est terra.i.sctūs siue terrenoꝝ amore Doc telū a telon quod est longū dicitur iaculū Paraclitus ti.mas.ge.est cōsolatoꝛ spūs. a para et clisis quod est cōsolatio.sed para clitus.i.aduocatus dicit filiꝰ.a para qō est iuxta et clisis aduocatio.

Ad nocturnum.

V Erbū supnū prodiēs.i'.a supnis sedib⁹ veniēs.a pre olim exiēs.i. a secreto et substātia pris egredi/ens. Decliuus ua/uū.t hic et decliuis et hoc ue.dicit labēs siue decurrēs.a de t cliuus ui.qō est ascēsus modicꝰ vel mōs nō magnus vel descēsus mōtis siue fluxuosi tas.a cleo cles.quod est inclinari. Cōcremo mas.me.coꝛ.i.inflāmari simul vel pfecte cremare. Preconiū nij.ponitur p predicatiōe ꝓphetaꝝ.vel p vocatiōe ad iudiciū. Lubrica dicūtur oia imūda et noxia. Rimoꝛaris.est subtiliter scrutari t inqre re. Pro abditis.i.p malis occultis.abditus ta.tū.i.absconditus.ab abdo dis.qō est abscōdere vel remouere. Demum.i.finaliter vel ad vltimū. Cōpos tis.cō.ge. dicitur potēs voti sui assecutoꝛ.cui ad votū succedūt oia.ex cō qō est simul. t potis hic t hec potis et hoc pote dicitur possibilis vel potēs.et cōparatur potis tioꝛ tissimꝰ Cū bonis cōpotes.i.p sortes t coheredes et hoc erit esse. Celibes.i.celestes t phanes.celebs celibis.omnis generis.

Ad laudes p aduentum.

O Pclara ecce intonat. Eminꝰ i.procul. Promico cas.i.ful/gere. Ab etbere.i.celo.hic etber eris.ꝓprie est supioꝛ pars aeris Toꝛpidus da.dū.i.piger. Saucius cia. ciū.i.vulneratus. Hoc sidus deris.i.stella. Laxo as.i.ampliare t soluere. hic ponit p remittere siue soluere. Gratis.i.spōte siue misericoꝛditer.nō ꝓpter merita nostra. Cū fulserit.i.splēduerit in secūdo aduētu.fulgeo ges.fulsi.cū fulsero. Moꝛoꝛ i.timoꝛ vel tenebꝛositas. Linget.i.mundū inuoluet.cingo.xi.

In natiuitate domini ad vesperas.

C Hriste redēptoꝛ oīm. Illibatꝰ tatū.dicit incoꝛruptus.ex in t libatus ta.tū.i.gustatus. Unde dicitur virgo illibata.i.nō tacta vel gustata i ope carnis. Ad laudes.

Solis oꝛtus cardine. Hic vl'bec cardo is.est extremitas rei et foꝛa mē in q vertit ostiū.t pro ipo ostio ponit et p oportunitate vel articulo. Limes mitis.mas.ge.est terminus vel finis. Enitoꝛteris.i.pario ris.q̄si extra niti. inde enixꝰ ꝓa.xū. Puerpa.i.pariēs puerꝝ. Est enixa i.emisit t pepit. Hic aluus ui est vēter Johānes in vētre gestiuit.qꝛ gestus leticie re psentauit. Abboꝛreo res.hic ponit p despicere.repudiare. Ales vel alēs.i.virgo nutriēs nō esurit ꝓpter xpm.hic t hec alestis me.coꝛ.p aue t pro nutrice vel nutricio ponit. In epiphania domini.

O Stis berodes impie. Hō arripit.i.nō tollit vel aufert.ſz dat

Ydrie.i.ydriarū.singularis p plurali.hec ydria est vas aquatilū.ab ydoꝛ quod est aqua.

In quadragesima ad nocturnum.

E Xmoꝛe docti mistico. Misticꝰ ca.cū.est figuratiuus.a mistis qō est secretū. Denus na.nū.a decē descēdit. Pretulerūt.i.primo fecerūt vel obseruauerūt. Lex moyses ꝓphetabelyas. Presto stas.i.pseueranter stare. Subruo is.dicitur pternere t deicere. Callidus da.dū.i.ingenios⁹ precipue in malo. Dectiranis dis.i.crudelitas Cernui.i.pni et humiles.cernuus nua. num. Uindex cis.me.coꝛ.et ois generis. i.vindicās. Caducus ca.cū.dicit fragilis a cadendo. Hoc plasma atis.i.formatio Laxa.i.remitte. Quo p vt. Perpetī.i.sp

Sabbato in q̄dragesimo ad vespas.

A Udi benigne cōditoꝛ. Almus ma.mū.i.sctūs. Hic scrutatoꝛ i.inquisitoꝛ. Hec labes bis.est immundicia

I Am xpe sol iusticie. Debisco scis.i.euanesco scis. Quiddaꝫ penitētie genitiuꝰ regit ab isto accusatiuo quiddā ex natura petitionis. Dēptio.i.ablatio vel diminutio a demo mis.dēpsi dēptum.

Dominica in q̄dragesima ad vespas.

A Ures ad nr̄as deitatis preces Pectoꝛe nō pectoꝛi. Tetro p/fundo.i.obscuro.teter tra.trū. Alta vnda dicitur ꝓfunda vnda. Roseus sea.seū.a rosa dicitur. In sere amorē.i.cōiunge mētibus nostris. ab in et sero ris.serui vel seui. Refunde.i.iteruꝫ funde vel restitue. Absisto stis.i.longe esse. Assisto stis.i.prope esse.

contulit placulū.i.remediū vñ piaculum dicit peccatū,et dicit sacrificium,à pio as quod est purgare siue mūdare. Gestio stis ārte cōiu.est cupe,et sic sumit hic. Itē est gest⁹ facere,scilicz diuersis modis agitari Quāmaxime.i.valdesiue pfecte,pōt esse aduerbiū intētiui. Ad laudes/

Ul ecce surgit aurea. Fatisco scis ex fatim qđ est abūdanter,et hisco scis..i.scindi vel findi,lassari,cua nescere.deficere et desinere,et sic pōt hic accipi. Præceps pitis,ois ge.est quod pertinet ad pcipitiū,et p precipitio videt hic substātiuari. Subdolū.i.falsū et fraudulentū adiec.est. Voluere p tractare ponit hic. Hec nox.i.culpa. Lubric⁹ ca.cuz.i. luxurioſus,ad mala labilis z pnus. Inq no nas..id est maculo et deturpo,et cor. me.semp in trissil. Hic speculator est deus contemplator omnium.

Ad vesp as.

Qagne de⁹ potētie. Dimersus sa. sum,i,deorsum vel diuelsimode mers⁹,a demergor geris. Hec limpha phe.est aqua. Inde limpho as,ē ad aqre,z limphor,aris.est insanire,impme/re.ponitur autem hic p attribuere siue deputare. Subuectus ta.tū.i.sursum leuatus,a subuehor beris. Irrogare accipit hic p dare vel iferre siue attribuere. Piscet et aues dicunt pdita.i.nata siue pducta. vna stirpe.i.de aq̄. Prodor deris,pditus sum. Elidere,i.valde ledere,excludere,et ī uenit p tēptare,ab ex et ledo dis,vnde dicitur mens elisa.i.fracta vel quassata a viciis.vel aduersariis et aduersus molestata

Feria sexta ad notturnum.

Ut trinitatis vnitas. Excubo bas bui,dicitur vigilare q̄si extra cubare,et sic sumit hic Itē dicit cauas custodire,inde excubie dicūtur vigilie de die,sicut vigilie de nocte. Szñ qq cōfundūtur vt ponatur vnū p altero.versus. Excubo dū castra tueor,sed lucubro nocte. Dū studeo vigilo dicis vtroq; mō Quo pro vt. Celit⁹ aduerbiū loci Abstergo gis,si,sum,i,emūdare et amouere,ab abs et tergo gis. Hoc cōtagiū gis.z hec cōtagio onis.pro eodē dicitur labes putredo lues,morbus porcorum qui de facili viciat totum gregem,inde cōtagiosus sa.sū a cōtingo gis. Tepescere est calore deficere,,a tepeo pes. Ad laudes,

Terna celi gloria. Hic tonans tonantis ponitur p patre. Flagro as.p l est ardere,et sic accipitur hic. sed fragro gras.p r. est redolere,versus. Fla facit ardorē,fz fra largitur odorē Repēdo dis di.sum est reddere. Ad vesperas.

Plasmator hōis deus. Reptās tis,ois ge,dicitur omne repti le quod serpit corpe z brachijs a repto tas. Vinidus da.dum est vinificat⁹ vl animat⁹. Suggero ris. ex sub et gero.est submittere. z sic pōt hic accipi. Itē est substernere subministrare. iudicare dicere suadere. q̄si latēter cōsulere. Hic suggestus ārte decli.est sedes pnc. pis.qz ibi mlta suggerūtur. Intersero ris est imiscere interponere.

Sabbato ad nocturnum.

Summe deus clemētie. Quo p vt. Hoc iecur oris. epar. Luxus mas.ge.z ārte.decli.est luxuria. Perpetim est aduerbiū tpis vel q ualitatis.i.ppetuo. Quicz.i.q cunczquisc̄z q̄cz quocz vel q̄dcz Affatim i.abundāter. Ad laudes.

Aurora iam spargit polū. Spargo si,sum.ponitur hic p clare illustrare. Hic polus li.p celo ponit. Illabitur dies terris.i.apparet siue ostēditur,illabor beris.me,pdu. Hoc spiculū li.est radius solis. Cernuus nua,nuū. .ipnus z hūilis vel cernēs. Hic canor oris me,pdu.i.cātus siue modulatio. Cōcrepare.i.resonare,cōcrepo pas.

Sabbato ad vesperas.

Cur beata trinitas. Vesp̄i est datiu⁹ aduerbialiter positus.vel ablatiu⁹.hoc vespere ris.ab hoc vespi Nostra supplex gl'ia.i.hūilis gl'ia. Supplex cis,ois ge.

Sabbato in aduētu domini.

Conditor alme syderū. Hic interitus ārte decli.ponitur p pena. Vergo gis,ē declinare ad occasum. Inde vergens. tis. dis ge. Hoc vesperis.re.i ablatiuo. Uti l.sicut. Nutus ārte decli.est cōsensus z volūtas. Fatētur.i.cōfitētur.fateor eris.fassus sum.for faris fat⁹ sum. Fatisor sceris fessus sum.versus. For fat⁹,fassus fateor fessusc̄z fatisor. Agyos dicit grec⁹.et nos agius gia.giū,ab a qđ est sine,et geos qđ

t 2

splẽdente.a rubeo bes.quidã bñt repente id est subito et ex insperato.

In festo penthecostẽ ad vesperas.

V Eni creator spũs. Rite.i.recte.ad uerbiũ qualitatis. Dito as.i .diuitẽ facere actiuũ.inde ditãs tis. Perpeti.i.ppetua.perpes tis.omnis gen. et me.cor. Protinus.i.statim.

¶ Ad nocturnum.

I Am xps astra ascẽderat. Solennis dies vrgebat.i .imminebat siue instabat vel seqbatur.vrgeo es vrsi. Quo die mistico.i.figurato. Septẽplici numero. Orbis.i.septimane. Volutus septies. Dũ.i.qñ. Intonat.i.resonat deũ venisse nũciat.s.ille sonus. Decorus i.pulcer. Ignis almus.i.spũsctũs. Qui pater.cũ calore.i.amore verbi diuini. Afflatus ta tum.i.inspiratus.ab afflor aris Uesanus na.nũ.i.stultus q̃si sine mente Toruus ua.uũ.est crudelis. sed ponit p superbo. Ructo etas.i.extra mittere more hebreor. Crapula le.i.superfluitas pprie cibi.sed hic extẽditur ad potũ . Alumn⁹ est qui nutrit et q̃ nutrit.vers⁹. Est q̃ nutrit et qui nutrit alumn⁹. Cõcrepo pas .ponit hic p simul clamare. Profor aris.est loq.

¶ Ad laudes.

b Eata nobis gaudia . Orbita te. propre est vestigiũ rote q̃ rotũda est.hic aũt ponitur p revolutione anni Orbis vero or revolutio septimane siue circulus.qñq; simpliciter dicit circulus.qñq; dicit mũdus.qñq; circulus terre. Effulgeo ges.si.ẽ extra fulgere p apparẽs signũ. Vibro bras.ponitur hic p radiare. Profluus ua.uũ.or abũdãs. Madeo es.dui.sine supino.i.esse madidũ vel inundare ebrietate.sic deputabant.i.extimabãt iudei. Patratus ta.tũ.a patro tras dicit factus.pactus vel impletus. Mistice.i.figuratiue. Cernuo vultu.i.inclinato vultu.cernuus nua.nuũ . Illapsus.i. intus siue in nos lapsus. Dudũ.i.olim.

¶ De sancto Anthonio.

C Ongratulemur hodie. En p ecce. aduer.demõstrãdi. Gratulor aris .i.gaudere gr̃as agere. Emul⁹ la.lũ.or imitator.et sic accipit hic.dicit etiã inuidus psecutor.et pm significatões verbi emulãdi põt intelligi nomẽ istud. Diffluere est diuersimode fluere.diffluo is xi. Imbuo is.i.replere. Baiulus stigmatus fuit beat⁹. Frãciscus.hic baiul⁹li.vel põt esse adiecti.q̃ baiulat alió siue portat. Innitor eris.me.pdu.in pñti ẽ adherere appodiari cũ dño. Cohabito tas.i.sił.habitare.et regit datiuũ. Nõ cõcutit.i.nõ psternitur. Milito tas.i.more militis p dño pugnare. Zelo las.i.amo as. Uñ filij debẽt zelare.i.amare gloriã patrum.

Ad laudes.

L Aus regi pleni gaudio. Hoc stipẽdiũ dij.dicit pmiũ qó dat⁹ militi p militia bene exercitata. Nec. margarita ẽ gẽma pciosa.cui cõpar corp⁹ bti anthonij. Irrigu⁹ ua.uũ.dicit malid⁹ fertilis abũdãs siue fecũdus.et sic accipit hic p copia miraculor. Fũditus.i. penitus.aduerbi. intẽtini. Ad laudes

I Esu lux vera mẽtiũ. Opacus cacũ.me.pdu.dicit obscurus. Hic ducat⁹ q̃rte decli.dicit hic ostẽsio vie.a duco ducis. vel potius a duce. Jacio cis ieci.ter.ctu. ẽ pfcere. Inde iaceor ceris iactus sũ. Hoc munimẽ inis.me.pdu.a munio is.dicit guarnimẽtũ.hic aũt accipit p roboratiõe et coopatiõe spũsctl.

¶ Super noctis hystoriam.

Q Nglorior aris.ẽ sił gloriari.et regit datiuũ. Nec ples lis .dicitur pgenies successio filior . hoc patrociniũ nij.dicitur adiutoriũ.inde patricinor naris.deponẽs cũ dño. Hic alue⁹ uei.ẽ lectus flumis. Secus.i.iuxta ppositio. Hic rictus q̃rte.decli.dicitur a ringo gis rinxi rictũ.qó ppriẽ canũ. inde hic rictus dicitur ira et rixatio canũ vel aliarũ ferar. Est aũt ringero irascił indignari rictũ facere. Patulus la lũ.dicitur manifestus. Insons tis.oĩs ge.dicitur innocẽs Profani dicũtur hic sarraceni .a fano .i. a tẽplo veritatis remoti. adiec.ẽ. Panis vite fit merces martiriũ. In odiũ.i.ppter odiũ.hoc odiũ dij . Immanis adiec. ter. decli.i.crudelis. Barrochij dicũtur illi de marochio. Seuio uis uiui .i .crudeliter agere. Decerno nis creui.ẽ statuere.ordinare.iudicare. Hic cetus q̃r.decli.ẽ societas siue collegiũ. Hoc indiciũ cij.ẽ manifestũ signũ. De nuge arũ.sunt truffe vł nuga ge.inde nugor aris.ẽ nugas facere vel dicere.vel inutiliter idẽ dicere. Hostis i.diabolus. Ultor.i.tirãnus. Arrogãtia est supbia cũ iactãtia de eo quod nõ habetur. Hic fast⁹ q̃r .decli. dicit supbia.inde

¶ In passione domini ad vesperas.

QUrilla regis. Prodeūt.i.appa
rere incipiunt.prodeo dis.dī.
Quo scilicz patibulo. Ducro
onis.ma.ge.ponit hic.p spata
Dirus ra.rū.i.crudelis. Unda.i.aqua z
sanguine manauit. Ad nocturnū.

PAnge lingua glorioſi. Pange
i.cane.℣. Panxi dū cecini cuz
iūxi tūc bñ pegi. Dū pactū feci
dicito tūc pepigi.p cātare caret
supino.alia duo faciūt pactū. Certamen
agon dicit vel cōflictus.℣. Hostibꝫ occi
sis victoria dicta triūphbus. Incꝫ fugāver
sis leta trophea canis. Prothoplastus.i.
primo plasmatꝰ.a pthos qđ est primuz et
plasmo plasmas. Uagio gis.est plorare.
proprie puuloꝝ.q̄rte cōiu. Cōditus id ē
positus. Ad laudes.

LUstris sexcꝫ iam pactis.hoc lu
strū stri.est spaciū quincꝫ āno
rū. Itē est lectus fere.℣ Lustra
cubile fere.q̄nquēnia lustra fu
ere Hic clauus ui.dicit accurꝰ deferro.di
cit etiā repagulū ostij.et illud quo regitur
gubnaculū nauis hec claua est masa. hec
clauis est ad claudendū.et est genꝰ vestis
℣. Clava genus bacti.clauis sera.clauus
acutus. Clauꝰ remigiū.vestis quocꝫ sit ti
bi clauis.quē.s.pegrinus defert de trāsma
rinis ptibus. Itē.℣. Clava ferit. clauis
aperit.clauus duo iūgit. Induete clauo.
rege clauo.pcute clava. Laxa.i.relaxa vel
amplia vel dimitte. Rigor.i.duricia. Lē
tescat.i.mollescat vel mitescat.qr nō meru
it pati rigorē quē.s.rigorē dedit tibi nati
uitas tua. O crux.i.adinuētio tua sic lēte
scat.vt tēdas. Uiti.i.humili stipite mē
bra.s.regis. Hic et hec nauta te.dicitur q̄
vel que regit nauē. Naufragus ga.gū.di
cit qui passus est naufragiū siue maris pe
riculū.me.cor.a naui et frāgo. Usqꝫq̄ id ē
semp.aduerbiū tpis.hi. Itē vsqꝫq̄.i.ali
quātulū.aduerbiū q̄ntitatis.psalmi. Cō
uertere dñe vsqꝫq̄.i.aliq̄ntulū. Itē vsqꝫq̄
i.vndicꝫ.aduerbiū loci. Zach. viij. Usqꝫ
q̄ veniēt.i.vndicꝫ.dicit glo. Itē vsqꝫq̄.i.
quousqꝫ vel q̄ꝫdiu.aduerbiū tpis.psalmi
sta. Usqꝫq̄ obliuiscēris in finē. Itē vsqꝫq̄
i.donec.aduerbi.tpis.i. Zach.i. vsqꝫq̄
cōsumptū est sacrificiū. Itē vsqꝫq̄ ponit
pro semp.aduerbiū tpis.sicut hic vsqꝫq̄.i
semp. In resurrectiōe dñi ad nocturnū.

RExeterne dñe. Edo dis.di.i.pa
rio ris.pepi.inde editus ta.tum.
.i. pturitus siue generatꝰ.℣. Edo
cōpono pario loq̄r et manifesto. Queso z
q̄sumus et nō plus.℣. Quesumus z q̄so
tantū.nec plura req̄rit. Ad laudes.

AUrora lucis rutilat. Dic tartarus
ri.pluraliter.hec tartara est infer
nus Seue.i.crudeliter.sevus ua
uum.est crudelis. Quātotiꝰ.i.valde cito.
ex q̄ꝫ et otiꝰ interposita t. Cōcitus ta.tū.i
velox et acceleras.et pōt me.cor.z pdu.et
sic de cōpositis a cito.verbo vel eius ptici
pio.versus. A cito cōposita pducimus z
breuiamus. Preter solicito recito vel su
scito tātū. Prope.i.celeriter. Ostensa vul
nera fatent dominū resurrexisse.et sic stat
in nomiatiuo.vel apostoli fatētur resurre
xisse dominū ostēsa.i.pter ostēsa vulnera
et tūc est accusatiui casus.

¶ In resurrectōe ad vesperas.

AD cenā agni provisi. Torridus
da dū.i.assatus z coctus.a torreo
res.z torreoris.dicit etiā torri
dus velox.versꝰ. Qui torret voluit.siccat
cremat assat et vrit. Tostus sta.stū.est pti
cipiū a passivo. Azimus ma.mū.ab a qđ
est sine.z zima quod est fermentum.i.sine
corruptiōe fermēti.sic xpi caro fuit obla
ta sicut azima.i.pasca siue panis sincerita
tis. Per quē.s.xpm reddita premia vel re
dit ad pmia. Hoc baratrū tri.quasi vora
trū dicit infernus. Trudo dis.si.ē impel
lere.impingere et in custodiā includere et
sic hic accipit cum dicit trudens vinculo.

In ascensione domini ad vesperas.

IEsu nostra redemptio. Uincit a
vinco cis.ci.a vincio cis.vinxi.a
viuo uis.vixi. Ferre dicit nr̄a cri
mina.i.penā.p crimiby.℣. Fert patit dicit
fert cupit atꝫ gerit. Es futurus pmiū nō
futurum. Ad nocturnum.

QUerne rex altissime Quo.i.p quē
Deperio is.i.valde perio q̄r.cou
iu.er de z p et co. Dic triūphꝰ phi
i.victoria. Celitꝰ et hūanitus pñt esse ad
uerbia loci. Machina ne.est mūdi cōpo
sitio. Condita.i.facta. Dic olimpus pi.
mōs q̄dā est altissimꝰ.et ponitur h̄ p celo.
Preditus ta.tū.a pdo dis.z pdor deris.
me.cor.or elevatus.sublimatꝰ et maxime
suppositus.z sic accipit hic. Hinc.i.ex h̄.
pūctio pōt esse causalis. Rubēre nube.i.

flector teris Dic sator toris, proprie est seminator, sed hic dicit creator. Nec luuio onis, est imundicia, sed hec liuio onis, i. inuidia. Rite, i. recte. At pro sed.

De sanctis Petro et Paulo.

A Urea luce. Perfudisti, i. replesti vel ornasti. Inclitus ta, tū, i. preclarus et religiosus. Decoro ras, me, pdu, i. orno, v. Hūc homies decorāt quē vestimēta decorāt. Dic senatus ūrte decli, est dominiū. Laureatus ta, tū, dicit coronatus. hec laurea ree, dicit corona q̄ quondam fiebat de lauro.

De sancto Paulo.

D Ector egregie. Trāsfero fers, regit duos accusatiuos ꝓter ꝓpositionē. Satago gis, egi, sine supino est conari, satage nos trāsferre polū, i. nos ferre trans polū Ex pte dicit quod imꝑfecte dicit. Jubil⁹ et iubilatio ē gaudiū ineffabile, ex tūc ab eterno modo dū durat mūdus. Per eterna secula, id est in eternum.

Petri ad cathedram.

Quodcunq; vinclis. Vinclis pro vinculis, hoc vinculū li a vincio cis, vici, i, ligare. Hoc astrū stri, dicit stella siue signū hic ponitur pro celo. Hoc decus coris media cor, dicit honor, que duo possunt hic distingui vt decus referat ad humanitatē honor ad diuinitatem.

Ad laudes.

I Am bone pastor. Clemēs mētis, omis gene, dicit pius z misericors. Precantū pro peccātium, pcans tis omnis ge. Votum ti, est desideriū animi neu, gene, est.

De sancta maria Magdalena.

N Ardi maria pistici, hoc nardū di, est vnguentū de nardo herba aromatica. Pisticus ca, cū, dicit a pisticen quod est fides, qz fidele fuit nō sophisticatū id est falsificatum. Mox, i, statim. Rigo rigas, ē madidare et quāsi lauare.

Ad vincula Petri.

P Etrus beatus. Arceo arces, ē constringere et cōpescere Truculentus ta, tum, est plen⁹ crudelitate. Trux trucis omis generis, id est crudelis et cōponitur cum lenios quod est [illegible]um. Immēsus sa, sum, dicit quod est sine mēsura et sine termino

De domina nr̄a gloriosa ad vesperas.

A Ue maris stella, v. Dicit aue veniens, discedēs dico valete. Hoc verbū salue denotat illa duo.

Ad nocturnum.

Q Uem terra pōt⁹ ethera. Dic pontus ti, est mare. Dic ether ris, i accusatiuo etherem vel ethera, est locus in quo sunt sidera, et frequēter ponit pro superiori pte acris, de accusatiuo greco formatur vnū femininū hec ethera re, sic et aera re. Machina ne, ponit hic pro fabrica mūdi, se, ge. Perfusa, i, repleta dicūtur virginis viscera, a pfundor deris, pfusus sum Ad laudes.

O Gloriosa dña. Vita data p virginem oblatiui sunt absoluti. Vos gentes plaudite vel vos scientes vitā esse datam per virginē. Plaudite id est leticiā signo exteriori repsentate, plaudo dis, si, sum.

De angelis.

C Ibi xp̄e splendor patris Alterno as, nare, est vicissitudinem obseruare, vt quando iste chorus dixerit suū versum ille dicat suum. Concrepo pas, pare, est in cantando resonare. Hoc melos indeclinabile, et hic melos dis, dicitur dulcis cantus siue modulatio. Hoc primas ꝓmatis, dicitur dignior inter alios, inde hic primatus tus, tui, quarte declinatiōis, est ipa precellētia. Dic zabulus li, dicitur diabolus. Melodis vocib⁹ potest dici q̄ declinatur, melodus da, dum, a melos quod est dulce et odos quod ē cātus, vel dicatur q̄ melodis est genitiui casus et regitur ab ista dictiōe vocibus, hic melos dis. Ad laudes.

C Riste sanctoꝝ decus angelorum Uenies ad istud nostrū templū, Uisere, i, ad videndū sicut dicit. vado videre ecclesiā, viso sis, si, tertie coniuga, et faceret supinū visitū me, produc, si haberet, verbū desideratiuū est, i, cū desiderio videre, sicut facesso sui, situm, i, cuz desiderio facere, et capesso cū desiderio capere, facesso situm capesso situm, lacesso situm, arcesso situz, penultima producta, et sic diceretur viso sirū, si esset in vsu, versus. Visitat infirmum, sed amicus visit amicū, inuiso cōuiso reuiso quiso sunt actiua et tertie coniugationis, et cor, mediā

fastuosus,ʒ fastus sti,ẽ liber in q̃ gesta an
ni ꝓtinẽtur. Temerarie.i.pſũptuose stul
te audacter sine cõsilio. Jnũcio cis iecī.in
iectũ dicit in aliquẽ iacere.inde iniect⁹ q̃r
te decli,ẽ īmissio vel intromissio. vñ nõ se
īmisit vel ingessit vt fieret p̃dicator.sed as
sumptus fuit a mīstro. Hic incolatus q̃r.
decli,est p̃sens pegrinatio. ab incolo lis.
Hoc poculũ li,dicit vas in q̃ mīstratur po
tus.ʒ aliqñ dicitur ipe potus. Affluo is.
i,abũdo as. Jaculũ li,ẽ sagitta vel breuis
lancea. Hic ʒ hec potior,et hoc potius.i.
melior et excellẽtior. Zelus li. dicitur hic
seruor ꝓ aiaꝝ lucrãdis. Hec calamitas di
citur magna miseria. Canus na nũ,dicit
grãdeuus,cuiuus capilli canescũt. hic ca
nus ni,dicit ipe senex vel capillus albus.
Persto,stas stiti,ẽ perfecte stare. Elatio
maris,i.eleuatio vndaꝝ.ab efferor ferris
elatus suꝫ. Quo,i.ad quẽ cõspectuꝫ. Lu
mẽ quod es.i.tu lumẽ assimilas.ʒ eũ q̃ ti
bi fruit lumĩe.i.te cuius virtute viuit vita
glie ʒ vixit vita gr̃e. Tu deus es fons sci
ti et lux vigilãti q̃ dicis ī cruce sicio. Hic
corus ri.sine h.ſm q̃sdã ẽ instrumẽtũ mu
sicũ.ſ.pellis cũ duabꝫ cicutis.vt dicit stra
bus,ʒ ꝓ alterã inspirat,et ꝓ alterã reddit
sonũ. Corda de.in aliqbꝫ instrumẽtis est
p̃cipua ī sono dulci sicut in viella. Hic lo
culus li,ẽ purꝰ locus.ẽ bursa.est feretrum
Tu irrigua.i.fertilis ʒ abundãs ī gloria
miraculoꝝ. Hic titulus li,dicitur inscri
ptio vel signũ laudis et bonoris,siue laus
et sic põt hic accipi. Jtẽ dicitur breuis an
notatio dicẽdoꝝ in ope seq̃nti.ʒ dicit a ti
tan quod ẽ sol,dicitur etiã titulus q̃dã.no
ta q̃ q̃ndã fiebat in frõtibꝫ dãnatoꝝ.ſ.the
ta. Vñ quidã.ỽ. O multũ añ alias infe
lix lr̃a theta. Jtẽ dicitur titulus nota bre
uitatis q̃ in dictiõibꝫ apponitur. Jncon
gruus grua gruum.dicitur inconueniens.
quod non congruit non conuenit.

De sancto Johanne baptista.

Queãt laxis reso. Queo q̃s q̃
ui quitũ.i.possum potes Latus
rũ.i.magnũ et amplũ. Hec fibra
bre.i.vena. Reſono as. ponitur hic trãsi
tiue,ꝓ cãtare. Mira.i.miracula.miruꝫ ri.
Soluo uis ponit h̃ ꝓ dissoluere. Pollu
tus ta tũ.i.sordidus. Reatus q̃r.decli.po
nit hic ꝓ culpa. Celso olimpo.i.ab alto.
hic olimpus pi⁹ quidã mõs altissim⁹ Be
ries riei.ponit hic ꝓ decursu et q̃litate vi
te agẽde. Promo mis,pmpsi est dicere et
manifestare. Dubius.i.incredulus ʒ du
bitator. Modulus li,ẽ sonus locutiõis.
Organa dicunt meatus. Perẽpte.i.extin
cte.a perimor ris. Obstrudo dis si. ex ob
et trudo,quod ẽ impellere.impingere.in
custodiã includere. vñ obstrudere ẽ inclu
dere et abscõdere.inde obstrusus sa sum.i
clausus.ob s assumit cã euphanie. Hinc
i.ex hoc Abditus ta tũ.i.secretus ʒ absco
ditus.ab abdo dis.quod est abscondere.
Pando dis,i.manifesto.

Ad nocturnum.

Atra deserti,hoc antrũ tri.ẽ spelũ
ca. Turma.i.multitudo. Saltez
est cõiũctio diminutiua.ỽ. Sal
tũ saltando,dic saltẽ diminuẽdo. Hoc fa
mẽ inis dicit locutio.a for faris. Hoc tegi
mẽ nis,ẽ tegumẽtũ siue vestis. Hirtus ta
tũ,ꝓ hirsutus ta tũ.i.asper. Hic artus q̃r.
decli.est mẽbrũ.artuꝫ.i.mẽbris. Hic bi
dẽs tis.est ouis,q̃r nascitur cũ duobꝫ dẽti
bus.vel duos dẽtes hẽt eminẽtiores.vel
q̃r portat fetũ in duobꝫ ãnis Hoc strophi
um phĩ.est cingulũ. Hec latex cis.media
cor.i.aq̃ de lacuna siue defossa. Haustus
q̃r decli.est potus. Mella de cauernis ar
boꝝ.hoc mel raro inuenit in plurali Hec
locusta est pnũ aial cõcessiuꝫ esui ſm legẽ.
quidã dicũt ꝓ herbe q̃dã comestibiles di
cunt locuste. Hic ʒ hec vates tis.ör ꝓpha
Cano nis cecini est laudare cãtare ꝓphe
tare sicut hic. Presagus ga gũ.dicit p̃sci⁹
futuroꝝ a p̃sago gis giui.qõ est diuinare.
a p̃ et sagio gis.quod est ingeniose agere
vel diuinare. Hoc iubar baris me.cor.ör
splẽdor et ponit hic ꝓ ꝓpo ꝓ misso huma
no generi. Hic index cis.dicitur digit⁹ de
mõstrator. Prodo.i.manifestare. Vast⁹
sta stũ.dicitur latus ʒ ãplus Tingo gis xi
est baptizare. Hec limpha phe.ẽ aq̃ Hoc
nephas iudecli.vel ꝓ tres casus est pecca
tum.

Ad laudes.

Nimis felix. Hec labes bis.est
immũdicia. Niueus pudor ap
pellatur castitas. Hec herem⁹
mi.dicitur desertum. Cultor
oris masculi.gene.i.habitator Hoc sertuꝫ
serti.dicitur corona. Crementuꝫ ti.dicit
rare.retexo xis texui. Pro dolor
due ptes r duo accētus. q̄si excla/
mādo o dolor.v. Pro dolor accētū dupli
catū debet bre. Inq̄.i.certe vel dixi. Ar/
taui me.corr.et mas.ge.i.terti⁹ antecessor
vel quartus. Dorauie pe.cor. Luduico
pe.pdu. Fari.i.dici.passiue tenet hic.cuz
sit deponēs. Anbelās me.pduc.i.deside/
rās.ab anbelo las. Exagitare.i.solicita/
re q̄si stimulata prime.cōiu. exagito tas.
pe.cor. Sopori me.pd.i.dormitiōi ma.
ge. Remoue me.cor. Protenꝰ me.cor.id
est statim. Reatū me.produ.i.debitū siue
obligationē mas.ge.r q̄r.decli. Clam id ē
occulte. Immēsas.i.magnas q̄si sine mē
sura. Permaximū.i.valde maximuz. Ex/
hausti.i.cōsumpti q̄si euacuati.adie. Ex
equialia.i.q̄ requirunt ad exequias defun/
ctor.adiec.ter.decli. Valedicēs.pe.pd.
id est salutē impcās. Ibidē me.producta

i De sancto Pōtiano papa et martyre.
Usula buccina meꝺ.correpta. sic
dicta. In eadem media producta
Antheros media correpta.

De sancta Cecilia.

Perurgēs.i.valde vrgens siue sti/
mulās.a perurgeo ges. Textis.i
cōpositis r ornatis.a texor eris.
Estuās.i.ardēs siue feruēs r solicita. ab
estuo as. Thalam⁹ me.cor.et ma.ge.i.ca
mera. Interpellabat.i.inuocabat. inter/
pello las. Famulātia.i.obedientia. Una
vlti.acu.i.simul. Detegere ter.cōiu.i.ape
rire vel pādere. Illibatā.i.intactā. Cor re
ptus.i.tract⁹ r ad māsuetudinē duct⁹.a cor
pior eris. Perbēni.i.ppetuo adie.ter. de/
Perferā me.cor.i.referā vel portē.pfero

fremo is,ui,me,cor. Detractare.i.recusa/re ignauie.i pigricievl' pusillaminitati ab ignauꝰ ua,nū qđ est inefficax tardꝰ piger insipiēs stultus Cuneos.i.societates siue acies media,cor,mas.ge. Oberare.i.mercede cōducere vel ere circūdare ab ero as media,pđ. Retrudi me,pđ.i.includi. Inermis.i.sine armis,adie,ter,de. Dedēres i.dātes a dedo dedis didi. Vl'.i.saltē Obtutus me,pducta,id est aspectus. Exemit i.exclusit me,pd.in ptē.eximo mis eximi me,,cor.in pñti Sbactis.i.subiugatis.a subigor,eris,me,cor. Pictauis me,pdu. vel indifferēs. Quidā dixit. Erige pictauis libera facta caput Alius corripuit di. Pictauis ī vernis sbigit sua iura necvltra teneatur vsus.z sic de andegauis. Spectata.i.visa. Expetijt.i.petiuit vel adiuit expeto tis me,,cor. Aliqꝫdiu.pe,cor. Uincireme,pdu.q̄r.ꝺiu.i.ligare. Implicare.i valde plicare,implico,cas,me,cor. Aliqꝫ diu pe,cor. Innuadēt me,pdu. Dilata me pro.a differor ferris Lacrumasse neutral'r Penē.i.fere. Mallet.i.magꝭ vellet. Fatisētem.i. deficiētē p senectute.a fatisco scis vl' fatisco rceris.qđ ē fatigare vl' deficere Causabor.i.ꝯqrendo ostēdam deponēs ē. Uñ.vsus. Causat causā q̄ sapiēter agit Mūia.i.officia.ne,ge.ē. Quoad.i.q̄usqꝫ siue qꝫdiu.:pernox.i.vigilās pnox.tis.o. ge.a p z nox Fatiscētes.i.deficiētes.vl' fatigatos. Artꝰ.i.mēbra ma.ge.et q̄r.decli. Stratu id est lecto.ma.ge.z quarte decli. Recubās me,cor. Stramēta.i.culcitras vl' aliq̄d simile qđ.s.pternit.ne.ge. Sinite.me.cor.i.pmittite.sino.nis.ui.ter.ꝺiu. Funestū.i.mortifex adiec.a funꝰ eris.qđ est mors. Sinus.i.locus in celo,ma.ge. et.q̄r.decli. Flagitatū.i.postulatū a deo.a flagito tas.med.corre.qđ est postulo siue peto. Exanimi.i.sine aīa adiec.ter.declin. pe.cor. Renitebat.i.splēdebat.reteo.tes. me.corre. Fuscaret.i. obscuraret vel deni/graret. Artuꝫ.me.cor.i.mēbris.mas.ge. et.q̄r.decli.z facit artuꝫ z nō artibꝫ ad differenciā buiꝰ nois ars artis. Demutate.i. valde mutate.a d emutor aris.me.prodv. Ulcis.i.cōtratis ma.ge.z se.decli. Derentiū.i.plorātiū. Stirps pis.i.pgenies se.ge. Agebat.i.ducebat. Pallidas.meꝺ cor.i.pdolore decoloratas Agmia.i.societates,agmen,inis.neu.ge. Emeritorū.i. illoꝝ quibꝫ iā parcēdū esset labore.emeritꝰ ta.tū.pe,cor.i.extra statū merēdi siue fuiendi vel militādi ponēdus. Tirones me. pd.i.fortes milites.mas.ge. Juratos me. produc.i.q̄ iurauerūt. Cōfoueret pe.pd.i. nutriret vl' ꝓfuaret.cōfoueo ues me.cor,ī pseti.sz pdu.in pterito. Siqđez due ptes Etem̄ me.cor. Canora me.pro.i.cantibꝫ sonora adiecti. Plausibꝫ.i.vanis gaudijs mas.ge.z q̄rte decli. Plaudit.ter.cōinga. impsonale.i.letitia agit. Intartara.i.ī infera mas.ge.ī singulari neutri in plurali Illinc.i.de isto loco. In sblimi me.pro.i. ī excelso. Sūmis articulis.i.extremitatibꝫ digitorūz pedū mas.ge. Turonis.me.cor idecli. Redolēt me.cor. Lassꝰ.i.fessꝰ vl' affectꝰ tedio. Capitellū.i.breuē orōnē z distictā i officio mortuoꝝ.neu.ge.diminuitiuū huiꝰ nois capitl'm li Vl'.i.saltē Possimꝰ me,p Excedēs me,p.i.trāsiēs. Attico me. cor. Exposuimꝰ pe,cor.z sic in silibꝫ. Pictaui me,pd. Cadauer.me.pdu. Exanime i.sine aia.adie.ter.decli. Uendicare.i.appriare siue vsurpare. vendico,cas.me.cor Uergēte.i.ad occasū tēdēte.a vergo gis. versi versū qđ est declinare,frustrare.i.priuare siue fraudare. frustro ras.actiuū est. Gleba.i.massa illiꝰ terre benedicte.fe.ge. p rauennā. Ligeris me,cor. Alueū med. cor.i.flumis lectū siue ventrē.alueus uei. masculini.ge. Expgefacti.i.excita ti.ab. expergefio fis.

De sancto Benna.

Abrenunciās.i.renūciās cū datiuo ab renūcio cias. Natalicijs.i.diebus sue natiuitatis quos solēniter celebrabat.neu.ge. Includi me,pduc. Quādiu me.cor. Pro tribunali.i.ī tribunali. Assidente.i.iucta sedēte.ab assideo es.me,cor.in pseti Infauste.i.infelix ad. ab in z faustus ta.stū qđ ē felix Temerarie .i.psūptuose z supbe. Theatrū.me.cor.i. palaciū.neu.g. Prophanare.i.cōtaminare z violare,phano as,me,pdu. Bubalis me.cor.i.de bubalo adiec.est. Inequuleo pe.cor.i.ī tormento.ad modū equi facto ma.ge. Exūgulatus.i.vngulis abstractis puatꝰ.pticipiū ab ecungulo.las.pen.cor. Adustus.i.inflāmatꝰ Tribulos me.cor. .i.spinas duras.ma.ge. Sudes.i.palos siue stāgas.sudes.dis.fe.ge. Plūbatis.i. flagellis de plumbo.me,pd. Extabella.i. ex qua tabula.fe.g. Dēnatē me,pd.mentas.atis.vel mēna ne. Animaduerti.i.pūi/

A

sentētiaꝝ et similitudinū . enigmatis. n. ge. ꝓrie est snīa p obscuras silitudies. Allegorice pe.cor. dicit qñ p vnū aliꝺ dat intelligi. Methonomice. i. p methonomiā. s. qñ ponit cōtinēs p cōtēto. vt bononia pugnat. i. bononienses. Diserte. i. sapiēter et discrete. Distice. i. figuratiue. Interea me.cor. Admirās me.pd. Ginnasijs idē stndijs neutri.ge. a ginnos qꝺ est nudus. Persedisses. i. p tps sedisses. psedeo des. me.cor. vel psideo des. i. valde sedere. me. pd. in ꝓterito. Aumīa. i. maiestates. numen inis. me.cor. neu.ge. Astrueres pe. cor. i. affirmares. astruo. is. xi. Opiri id ē ꝙrte ꝺiu. Accito. i. vocato me.pd. vel cor. Clāculū medi.cor. i. occulte vel secrete. Rethores me. i. sapientes in loquēdo. rethor oris. mas.ge. ꝓretoriū. i. palaciū neu.gen. Donando. i. remūerādos. Temerariam id est presumptuosam. Concionatricem pe.pdu. i. arēgatricē siue plocutricē fe.ge. Assertōniby. i. affirmatiuis rōiby femī.ge. Peragratis. i. pambulatis. a pagro gras me.cor. Properāter. i. festināter. Excelle re pe.cor. i. trāscēdere vel p̄cedere. excello is. culi. culsum. De cōflictu. i. de pugne. i. certe. Impterrita pe.cor. i. impauida et secura. Agonē me.pdu i. pugna m. agon onis. ma.g. Inisti. i. incepisti. ineo is. Cōfluētie. i. abūdātie. fe.g. Impetum me.cor. mas.ge. et ꝙr. decli. i. impetuosus influxū. Pro tribunali. i. ī tribunali. Pō pose me.pdu. i. pleno pōpa siue iactātia. Fastu. i. supbia mas.g. ꝛ ꝙr. de. Tumētes i. inflati. a tumeo es. mui. sine supio. Cō fidēs me.pdu. Imbuta. i. repleta me.pd Disertiōes. i. subtiles locutiōes. fe.g. Abrogās me.cor. i. reprobās. Excluſū me. pdu. i. emissum. Disereret. i. sapiēter loqꝛet Obmutuerūt. i. tacuerūt tanꝯ muti. obmuteo tes. tui. me.pdu. Ignaui me.pdu. i. pigri tardi ꝛ stulti. Degeneres pe.cor. i. ignobiles. scilicet a nobilitate maiorꝝ recedētes. Degener neris. tā me.ꝯ penꝯ. cor. cōis ge. Natu. i. natiuitate vel etate. mas. ge. ꝛ ꝙr. decli. Coluim⁹ pe. cor. semp in similibꝫ ꝓteritis. Ad nutū. i. ad signū vl voluntatē mas.ge. ꝛ ꝙr. decli. Spectabūt. i. ptinebūt vel respicient. Sceptriferi. i. sceptrū ferētis. pe.cor. sceptrifer ra. rū. i. ferēs sceptrū. qꝺ est ꝗga regalis. Insigni. i. nobili et ꝑclaro. adiec. ter. decli. Desine idē cessa me.cor. Suadere secūde cōiug. Coaptaui. i. cōposui ꝛ cōiunxi. Exq̄sita. i. excogitata pe.pdu. Scorpionibꝫ. i. rubis aculeatis mas.ge. Ergastulo pe.cor. i. loco carceris. neu.ge. Per duodenos pe.p. i. p duodecim. adiec. est. Extrema. i. vltima. Adiret pe.pdu. i. ad ea iret. adeo adisti adiui. Confinia neu.ge. hoc cōfiniū nñ. Pernotuerat pe.cor. i. valde et clare notuerat. pnoteo tes tui. sine supino me.pdu. Anxia. i. desiderio plena adiectiuū. Allo qui me.cor. Euocās me.cor. i. de alijs vocās. Amotis me.pdu. Placatis. i. p̄cio pacificatis et inclinatis. Potiret. i. vteret. potior tiris. quar. cōiu. Emolliuit i. inclinauit vel valde molliuit. i. molles et flexibiles fecit. emollio lis liui. ꝙr. cōiu. Perterriti pe.cor. i. pauefacti. Aromatico pe.cor. i. odorifero de aromatibꝫ facto Circūfouētes. i. vngētes ꝛ curātes. circūfoueo es. pe.cor. in p̄senti. sed in ꝓterito pdu. Aduocās me.cor. Momētanea. i. in momēto et in breui trāseuntia. Formides me.pdu. Emercat. i. acquirit passiue tenetur bic cum sit deponēs. Uerearis. i. timeas. vereor reris. veritus sum. Asperna ri. i. cōtemnere. deponēs et prime coniu. Laducis me.pduc. i. trāsitorijs. adiecti. Quenā. i. que. quisnā quenam quodnaꝝ vel quidnā. Prophiri me.produ. Indigēs me.cor. Inquietat pe. produ. Obsequētes. i. obediētes. ab obsequor queris. me.cor. Interea pe.corr̄. i. in isto medio. Innocēs me.correpta. Bissenis me.pd. i. duodenis. bissenus na nū. a bis ꝛ senus quod est sept⁹ Alimēto. i. nutrimēto neu. gen̄. Refouebat. i. nutriebat. refoueo ueni. me.cor. in p̄senti. sed in ꝓterito produ. E duoby. i. de duoby. Machinamēta id ē ingenios as ꝛ excogitatas afflictiōes siue tormēta neu.ge. Cursates. me.corre. Orbes. i. rotūditates. orbis bis. mas.ge. Intimi me.cor. i. intrinseci sicut sunt medoli. Prefigant. i. cōfigant. pfigo gis xi. xum. et pfigor eris. pfixus sum. me.pdu. Clauis prominētibꝫ. i. clauis sursum eminentibꝫ siue procul. Radij mas.g. sunt partes ille subtiles que de mediolis ad cantos p cedunt et in vtrisꝯ infigunt siue firmant Serris fe.ge. et p duplex r. i. ferris dentatis. Preacutis id est valde acutis. adie. ē Denso. i. spisso. Imbuant id est impleant

tuli. Jndica me, cor. Ut. i. postq̄. Argumētosa. i. q̄si succincta ꝛ solicita, adie. Ferocē me, pdu. i. crudelē. feroc̄is. oīs g. Hiueis me, cor. i. albis. Titulū me, cor. id ē scriptura breuē, ma. g. Elapsus ē. i. dispa ruit. ab elabor eris. me, pd. Tubiculū. i. camera. n. g. Albescētes. i. albedinē ptendētes. ab albesco scis. Jnsinues. i. notifices. prime cōiu. Numis. i. diuīe brītudis numē nis, me. cor. n. g. ꝓrie ē diuītas. sz hic ponit ꝑ magna ptcipatōe brītudinis eterne. Aduennit me, pd. in pte. Jnterpellāte. i. intercedēte. ab interpello las. quod est inuocare. Nō ꝓualēt. i. nō pñt me. cor Uernātes. i. resplēdētes. Eia ē interiectio hortātis. Certati estis. a deponēti certor aris. descēdit. Balnealibꝫ. i. ī balneo factꝫ adiecti. ter. decli. Pabula me. cor. i. nutrimēta. n. ge. Jllibata. i. illesa. Laxasset id ē reliqsset. Speculator. i. gladiator, ma. g. Lautū. i. statutū. a caueor eris. cautꝰ sum Semineceē pe. cor. i. semiuiuū. adiec. ter. decli. Cruētꝰ me. pd. i. cruētatꝰ sanguine adiec. Bibleis. i. de biblo. ſ. de iūco fatis ad bibēdū sanguinē ꝛ retinēdū. adiec. est vel a terra q̄dā dicunt vbi fiebāt. Popo/sci. i. postulaui. posco scis. poposci. Collegas me, pd. i. socios ma. g. vel cōis. Exuberāt. i. abūdāt. penul. cor.

¶ In legenda beati Clementis.

Ametsi. i. q̄uis. Pleriqꝫ. i. multi me, pd. pleruscꝫ racꝫ rūcꝫ. In nō nullis. i. multis. Caracteri. i. figure vel mō. caracter eris. pe. cor. i. imago nouus vultꝰ effigies forma stilus figura lr̄a et ferrū q̄ note pecudibꝫ inurunt. mas. ge. Abutit. i. q̄si ab alio sūptis vtit. abutor teris. me. pd. Faustino me pdu. Tragli media cor. Gesta id est facta. neu. ge.

De sancto Crisogano.

Coniectꝰ. i. piectꝰ ꝛ imissus. a cōicior ris. cōiectꝰ sū. Perpessus id ē passus. a ppetior eris. pessus sz Anastasie ſm morē legētiū pōt corripe et produ. pe. Apud nos sonat pductio sicut etiā concordat vulgare. Alimonꝫs. i. alimētis siue escis. femi. g. Zelās. i. zelotipo amore diligēs. Aditū. i. introitū vel foramē. ma. g. et q̄r. de. Aspectaret. i. aspiceret frequētatiuū ab aspicio cis. xi. Excessū. i. mortē ma. g. ꝛ q̄r. decli. Sacrilegi pe. cor i. cultoris ydolorꝫ ꝛ puersi. Mētita me, pdu. passiue. i. simulata. Declinās me, pd. id est recusans. Jllustrat. i. clarificat. Exhauriat. i. cōsumat. q̄r. cōiu. Mācipauit i. deputauit. Suspicer me. cor. i. credam vel dubitē pri. cōiu. Succūbā. i. subiaceam. succūbo is bui. Opes. i. diuitie vel facultates. opes opū. fe. g. i plurali tm̄. Ex asse. i. ex toto. hic as assis dr obolꝰ ꝛ pōdꝰ quoddā ꝛ tota possessio. v. As obolꝰ pondus. as est possessio tota. Depcor me. cor Preuidet me. cor. Exalare. i. emittere. exalo as. me, pduc. Crisogonꝰ pe. cor. Fluctuāti. i. ad modū fluctuū tribulatiōes varias patiēti. a fluctuo as. Procellas. fe. g. i. tēpestuosas inundatiōes. Cōpescet. i. reprimet ꝛ restringet. Exclama. me, pdu. Jndiciū. i. signū. n. g. Jn extremitatibꝫ. i in fine. f. g. Protrahit. i. plongat ꝛ differt me. cor. ptrabo bis xi Strēnue. i. valēter Cōsequris pe, pdu. in futuro. Causabat. i cōquerebat. deponēs pri. cōiu. Quadra. i. quarta ps. q̄drus dra drū. Uelificāt pe. cor. i. velis vēto flante mouent. a velifico as. neutraliter videtur hic poni. Nautico me. cor. i. ad nautā ptinēte Fūgunt. i. vtūtur. fungor geris. functꝰ sum. Carinarū. i. vētriū ipaꝝ nauiū. carina ne. me. pd. f. g. Nequibꝫ. i. iūcturis. ma. g. ꝛ quar. de. Eq̄ris me, cor. i. maris. eq̄ris. n. g. Jllese media pdu. Pretereūt. i. ptrāseūt Cōficiunt i. faciūt siue male pficiūt. Parueris pent. cor. i. obedieris. Cōsulatū. i. dignitatē cōsulerē ma. g. ꝛ q̄r. decli. Thecas. i. velamina siue repositoria. fe. g. Erector me, cor. i. detestor. deponēs est. Gradatas me. p. i. sic dictas. Zoilus me. cor. Locello. i. puo loco ma. g. Cōpaginauit. i. cōiunxit. prime cōiu. cōpagino as. pe. cor. Cōditꝰ me. cor. i. sepultꝰ. a cōdo dis. ꝛ cōdor deris tertie cōiu. Zoilus media cor.

De sancta katherina.

Feralia. i. crudelia. adiecti. ter. decli. a fera feralis et rale. me, pdu. Costi vlti. acu. vel costꝰ sti. more latino. Jndita me, cor. i. innata. ab indo dis. didi. qđ est intꝰ dare. Sagacitate. i. prudētia. Pollebat. i. splendebat. polleo les lui. sine supino. Adeo me, cor. i. intm̄ Sophistica pe, cor. i. disputatoria. more sophistarꝫ. i. sapientū. Xp̄icolas pe. cor. i. xp̄m colētes. cōis g. ꝛ pri. decli. Obstupuit. i. stuporē mētis incurrit. obstupeo pes me, cor. Inserēs me. cor. i. componēs vel admiscēs. Enigmatū pe, cor. i. obscurarꝫ.

ꝟ. Pignus in o natū. sed in e notat inuadiatū. Preuenit me. pō. in ꝓterito vel etiā in ꝑsenti ꝓt hic accipi sed me. cor. Vacat. id ē cessat. Alioquin pe. pdu. Contendimus. i. disputādo defendimus. Ingrate me. pō. Inuenit me. pdu. in ꝓterito. vel in ꝑsenti. sed tūc ē me. cor. et melius dicit hic in ꝑsenti q̄ in preterito.

De Omelia.

Osseruisse. i. explicuisse ꝛ docuisse dissero ris. rui. Diffiniuit. i. declarauit. Extorta. i. extracta ꝛ religata. i. connexa. Contexuit. i. ordinauit. cōtexo. xis. xui. Opitulatus. i. auxiliatus. deponēs pri. cōiu. Moderet. i. modū tribuat. moderor. raris. me. cor. Honestatur. i. honestis moribus ornat. passiuū ē. Verticem me. cor. i. caput. vertex cis. mas. ge. Plerūq; i. sepe. Propiciator. i. miserator mas. ge. Extadē me. pdu. Cōtinuo. i. statim vel subsequēter. Subiecit me. pdu. id ē adiūxit. Gratuita pe. cor. i. gratis data. Inuenit meō. pdu. in preterito. Falso vlti. acuta.

De euangelistis.

Prenidentur vel ꝓuident. me. cor. Primirū me. pō. i. certe. Incircūscriptū. i. immēsum. Accusatiuo aerē vel aera. Reflectunt. i. inclinantur. Volutabro pe. cor. ꝛ neu. ge. i. in volutione. a voluto tas. Retorserant. retorqueo. que. si. Alias vlti. acuta. i. alibi. Admonet me. cor. Obturabis. i. claudes. Triturāti bladū. i. in area terenti. obturo ꝛ trituro ras me. pdu. Allegoriā pe. pdu. i. qñ p vnū aliud intelligit. Candentis. i. calescentis ꝛ inflāmantis. Scintille. i. fauille Prodeūt. i. exeunt. Tenue. i. subtile siue modicū. Prevalent me. cor. Tenuiter. i. modice penul. cor. Ignescit. i. incalescit. ignionis. Septēterio more latino potest vltima grauari. i. masculini generis.

De Omelia.

Admouet me. corre. Binos. i. duos simul iunctos. Nullatenus penul. cor. Preuenit me. cor. Supoccasu m. i. sup mortē masculini ge. et q̄rte decl i. Occubuit. i. morti subiacuit. occumb o. bis. bui. Messis est collectio segetū. l e. ge et ter. decli. Torpeat. i. pigrescat. Addicat me. pdu. i. iudicādos cōstituat. addico cis. i. cōstringere ꝛ adiudicare. Murgās. i. redarguēs. Exasperās. i.

ꝓuocās pe. cor. Inardescunt. i. inflamantur. Siqñ me. cor. Alias vlti. acu. i. alibi Seuientiū. i. crudeliter agētium. Mitigat me. cor. i. mansuetat placādo. Zelus. id ē amor. Castigauit pe. pdu. Sūptus. id est expēsas mas. ge. tq̄r. decli. In iter. i. in viā. Per allegoriā. i. p trāssumptionē. fe. ge. Vniri me. produ. i. roborari.

Sermo beati Augustini de vno martire

Nomnibus scripturis fratres ꝛc. Deberet me. pdu. secūde cōiuga. Deletū me. pō. Aliqñ pe. corr. Scismata me. cor. i. scissure vel diuisiones. scismatis neu. ge. Propinauerat. i. ministrauerat. ppino. as. me. pō. ppie ē potū ministrare. Astutias. i. sagacitates. Deremo meō. cor. fe. g. i. deserto. Hathane me. cor. Deglutita. i. deuorata pe. pō. a deglutio tis. me. pō. Satellites. i. mistri crudelitatis. satelles litis. mas. ge. Ceruicē me. pdu. i. collū fe. ge. Rugitus me. pdu. i. clamor leonis q̄r. de. Tumēt. i. inflant. tumeo es. mui. Sedant. i. pacificant. sedo das. ꝛ sedo aris. Callida me. cor. i. ingeniosa. Lenocinat. i. lasciua suauitate delectat. lenocinor naris. pe. cor. in terafil. a leno onis q̄ est ruffianus siue leccator. Subrepēti bus. i. occulte subintrantibns. a subrepo pis. psi. me. pō. Plaudētes. i. leticiā ꝛ cōplacentiā facientes. a plaudo dis. Examine. i. examinatōe ꝛ discussiōe. examē inis neu. g. me. pdu. Trepidat me. cor. i. dubitat. Quanto minus due ꝓtes. Aduertat. id ē attendat.

De omelia

Considerauimus fratres ꝛ infra. Ruminat me. cor. Incircūscriptū. i. immensū. Affici me. cor. i. affligi Deterreat. i. pauidos faciat se. cōiu. Percōtari. i. inq̄rere. pcontor aris. deponens Perpēdimus. i. pfecte attēdimus. Ingerit me. cor. i. psuadet. Odim⁹ me. p. odio dis. quar. cōiu. vel me. cor. ab odi defectiuo. Diuerberant. i. diuersimode verberāt Aciē. i. acumen visus. f. g. ꝛ q̄n. decli. Flectendū. i. declinandū. Fete. i. fetū habentes in stabulo. a die. est. vel potius substātiuū fe. ge. Herbsamis vlti. acu. Plericq; me. pd. i. plures. pleruscq; racq;. rūcq;. Rugitus me. pro. mas. ge. ꝛ quar. decli. Exorbitēt pe. cor. i. declinēt siue errent pri. cō. Faueāt. i. cōsētiāt. se. cō. Baiulāt me. cor.

Alius sermo sancti Maximi epi de vno martire.

tur. Impacta id ē impulsa, ab ipingor ge ris, impactus sum, i. impelli. Hastilibꝫ, hastis siue stipitibꝫ neu. ge. 7 tertie decli. me, pdu. Carnicas, i. instrumēta ad diuidendū siue ad discerpedū carnes, fe. ge. a carrio ris, q̄rte con. quod est diuidere nisi occurrat melius. Ab imo, i. ab inferiori pte adiectiuū. Euellūt, i. decerpunt, euello lis, euulsi. Pro dolor due ptes, i. o dolor. Debriatus, i. valde ebriat⁹, a debrio as. Plecteris me, pdu, i. punieris in futuro. Lacteam, i. lactis speciē pretēdentez me. cor. Uberius, i. abundantius. Irrorauit id est rore irrigauit, irroro ras, me, produ. Subuebētes id est sursuz portātes Sarcophago penul, cor, i. sepulcro mas. gene. Peruncta, i. inuncta, a pungo gis, et perungor geris. Ad tumulum me, cor, id est sepulcrū mas. ge. Cateruatim id est per cateruas ēt quasi certatim Referta, i. repleta a refertio tis, quarte cōiuga. Predita me. cor, id est ornata, a predor deris, me. cor. Inclitis me, cor, i. preclaris Incolas id ē habitatores, cōis gene, et prime declina. 7 media cor. ab incolo lis, lui. Duodeuigiti, i. decem et octo quasi duobus demptis de viginti, omnis gene, et pluralis numeri. Quod pluris est, i. quod maioris valoris est plus neu. ge, est in nominatiuo 7 accusatiuo 7 vocatiuo, in reliquis vero est adiectiuū. v. Cū per tres casus neutrum gen⁹ obtineat plus Casibꝫ in reliqs obtinet oē gen⁹. Sup sermonibꝫ 7 omelijs plurimoꝝ 7 ꝓmo de aplis.

Magistratuum.

, i. maioꝝ q̄ regebāt alios mas. ge, 7 q̄rte decli. Cesis, i. verberatis a cedor ris. Libens, i. voluntarius et gaudens. Attollere, i. leuare, attollo lis tuli. Sparsim, i. p dispsiōz scripturarum aduerbiū q̄litatis vl̄ loci vl̄ discretiui. Cytharedū pe. pducta, 7 mas. geñ, i. illū q̄ cū cythera cantat a cithera et oda qđ est cāt⁹ Armentariū, i. q̄ custodit armentū iumēntorū mas. geñ. Uellicātem, i. carpētem a. vellico cas me. cor. Sicomoros pe. pdu. et fe. geñ, i. fie⁹ fatuas, i. arbores sic dictas Delicata, i. cōsecrata. Immutat me. pdu. Abnegat me. cor. Preerāt me. cor. Insperam, i. in rotā rotūdam fe. ge. Tensi, i. extensi siue directi, a tendor deris. Emicant me. cor, i. resplendēt. Perfudit me. pduc. i. illustrauit siue repleuit. Aliqñ pe. cor. in psa. Proinde me. cor. in psa, i. id circo Alioquin penl. pduc. Protēdit, i. pficiēdo tendit vel ptendit, i. extendit. Entole victima acuta. Nunq̄dnam, i. an p vna pte Quāmulta, i. valde mlta vel quātū. Plane id est certe.

De omelia beati Gregorij

Insinuat, i. aperit siue manifestat prime cōiu. Plerisq̄, i. pluribus siue mltis. Plerusq̄ racq̄. rumq̄. Nonnulli, i. aliqui. Solerter id ē prudēter, a solers tis q̄si solēs, i. arte vtēs Dolit me. pduc, i. cunat. molior iris, q̄r. cōiu. Ferimur me. pō. q̄rte cōiu. Quippe, i. certe. Acsi, i. q̄si. Interuemēte, i. intercedente. Reuocat me. cor. Demulcet, i. delectat, demulceo ces, si. Per aspiracōez, i. per inspirationē. Imprimit me. cor. Faciebus, i. faculis, fax cis fe. geñ. et inde facla. le. diminutiuū. Insinuari, i. declarari. Pene, i. fere vel quasi. Peruenit me. cor. in p̄senti, sed in preterito pdu. Erumpat, i. deueniat, erūpo pis, dicit quasi extra rūpere. Abscidit me. produ. i. amputat et p̄scidit. Inchoat neutraliter vel inchoat. Interimat pe. cor. i. destruat vel occidat, interimo is, emi. pe. pdu. in preterito. Petitur me. correpta tertie coniuga.

De sermone sancti Augustini.

Definiuit, i. aperte declarauit. definio nis. me. produ. proprie dicit quasi valde finire et terminare. Cōsequens me. cor. id est ad aliud sequēs. Inaniter id est vane et inutiliter. Mox, i. statim. Palmitibus, i. ramis vitiū, palmes tis. mas. ge. Nullus me. pdu. in prosa. Quatenus 7 hactenus possunt me. prob. si sunt due ptes et oportet subintelligi femininū quod congruat vt ratione, i. iuxta quā rationē vel intentionem, si aūt quodlibet sit vna pars cor. me, scilicet q̄tenus et hactenus. Auidior, id est magis auidus amator, scz laudis.

Item alius sermo eiusdem.

Propterea pe. cor. Prediles tēs me. pduc. Quod ex pte est, i. quod imperfectum est. In enigmate, i. obscura cognitiōe, enigmatis pe. cor. neu. gene. Loapostolus, i. simul cū alio apl agendū, i. complēdum. Hoc interest me. cor. i. hoc differenter est, vel hec differētia est. Pignore id est nato siue filio. me. cor.

subintrauerint.subrepo pis,subrepsi.me dia producta.

De omelia sancti Gregorij.

Mmur me.produ.i.pparamur vel armamur. Seditiones.i.dis cordie inter ciues fe.ge. Codicib⁹ id est libris.codicis.mas.ge.et me.corr. Crebra.i.spissa.creber bra brū. Perstringamus.i.breuiter tractemus. E.i.de. Ferimur me.produ.i.pcutimur. Inflexim⁹ i.inclinauimus.inflecto tis xi. Redegim⁹ id est reduximus.redigo gis.degi. Uber/tatis.i.felicitatis.fe.ge. Intorsimus.i.in malū torsimus siue cōuertimus.intorqo ques.intorsi. Blādimenta.i.oblectamenta neu.gene. Restat.i.supest. Incolumes me.cor.i.sani et fortes.adiec.ter.decima. Injiciēt.i.in nos iaciēt.injicio cis.inieci Innotescit.i.declarat.innotesco cis.neutraliter et qñq; trāsitiue. Inferunt.i.infligūt me.cor. Editis me.cor.i.cōpositis vl manifestatis. Afficiēt.i.affligēt. Ingerūt me.cor.i.immittūt. Seuient.i.furorem exequunt. Supplantationē.i.deceptionē. Irrogat.i.infert me.corre.vel infligit Inscisa me.produ. Perpeti me.cor.i.tolerare.ppetior ris.ppessus sum. Equanimiter.i.equo animo et trāquillo. Dorderi.id est turbari vel torqueri.

De sermone sancti Augustini.

Repidauerūt.i.dubitauerūt Terruit.i.pauorē induxit se.con. In extasi.i.in eleuatōe mētis siue ira/ptu vl pauore siue excessu mētis q̄ fit pauore mētis vel aliq̄ reuelatōe.extasis sis fe.g. Jerunt pro iuerūt. Euertunt.i.diruūtur euerto tis.et euertor teris. Arrepticij.i.demoniaci.ab arripior eris.adiecti.pōt esse qui arripit vel arripit. Tedunt.i.pcutiūtur. Cōponat me.produ.i.ad cōcordiam bonā terminet. Explicet me.cor. Certare a deponēti certor ris.et neutrū est quādoq;. Illexit.i.attraxit.illicio cis.me.cor.in presenti.in pterito vero illexi.me.produ. et in supino illectū tu. Pēderet me.prod. pendeo pepēdi secūde cōiu.v. Pendo do penā dū pendeo suffero penam. In fauce id est in loco angusto.scilicet in aditu viarū iter mōtes vbi sepe latēt latrones.fauces.fe.ge. Tribunal neu.ge.me.pdu.i.sedes regalis. Certem⁹.i.certādo laborem⁹

De sermone sancti Maximi de pluribus martyribus.

Lasignia.i.merita pclara. insigne nis neutri.ge. Artifex.i.magistra cōis ge. Arduā.i.altā. Palmā.i.victoriā. Appetitore.i.inquisitore auido.appetitor pe. produ. Triūphis.i.victoriis mas.g. Cō/modis me.cor.neu.ge.vel substantiuatiū in neu.g. Siquidē me.cor.i.certe. Suffragia.i.adiutoria neutri.g. Agone.i.pugna.agonis.me.p.mas.ge. Cōtulit.i. dedit ꝛ puidit. Edocēt me.cor. Discrimine.i.pīculo. Discrimēnis me.p.ꝛ neu.g. Oracula.i.rīsa vel eloquia neu.ge. Presumas me.produ. Congratulemur id est congaudeam⁹. deponēs prime piu. Exules me.cor.i.pegrinos.exulibus cōi.gene. Profluа.i.larga ꝛ effusa. Illustres id est nobiles ꝛ pclari. Athlete me.cor.i.pugiles.mas.geñ. Subscripserūt.i.in pfirmatiōe sanguinez fuderūt. Asserit.i.affirmat Expenderent pe.corr.i.morti exponerēt Definitōe.i.deliberatōe.fe.ge. Exit⁹ me. cor.i.transit⁹ mas.ge ꝛ q̄rt.de. Incūbente .i.instante. Catbecumini pe.cor.i.infide instructi sine baptismo. Contulerit.i.donauerit. Nitorem meū.pdu.i.mūdiciā ꝛ splendorem mas.ge. Relapsi.i.iterꝝ lapsi a relabor beris me.pduc. Sceno.i.luto neu.geñ. In volutabra.i.inuolutiōes pe cor.ꝛ n.ge. Tetris.i.obscuris. Teter tra.trū. Contagijs.i.ptractib⁹.neu.ge. Olosericam.i.totā de seta.ab olon qđ est totū et sericum qđ est seta. Inficim⁹.i.maculamus. Fedam⁹.i.deturbam⁹.prime.cōiu. Recindim⁹.i.sepam⁹.recido.dis. Expiata.i.purgata. Creditorē.i.cui debet debitum. Peculiatī.i.specialis et ppriuſ. Prosflua.i.abunda ꝛ diffusa.derogauerit id de detrimentū fecerit.derogo gas.međ. cor. Atrogat me.cor.i.atribuat. Efficacis pe pduc..i.effectū pstātis. Excedit me.pdu. .i.trāscendit. Penetrat.i.subintrat. Euolat.me.cor. Fumidū me.cor.i.fumo erroris turbidū. Illecebre pe.cor.i.delectationis male.fe.ge. Simultate.i.odio latēte. fe.ge. simultas tatis.i.discordia cōtumacia.dol⁹.latēs odiū. Precones me.pdu. i.nūcios.pco onis.ma.g. Quāto magis due ptes. Cicatrices međ.produ. i.signa plagarum. Cicatrix.icis.fe.ge.

De omelia sancti Augustini.

Doneo non ideo id est conueniente siue congruo. Ipsa mora .i. ipām morā. Aliquāto.adie. q̄si

Ad exhibendū vestre charitati ser/
monē infra. Adiplere poscimus.
me.cor.i.petimus.posco.cis.ter.
cōiu. vbi quidā ponūt possimus in opta/
tiuo. cū optatiuꝰ modus egeat aduerbio
optandi. Assolent me.cor.i. cōsueti sunt
Maluit.i.magis voluit.malo mauis ma
uult. Proinde me.cor.i.idcirco. Subeꝫ
undā.i.substinēdā.a subeo is. Dactauit
id ē tormentauit. Adiuuat me.cor.

De omelia beati Gregorij.

Veteri me.cor.ois ge.vetus teris.
Lubricis me.corre.i.luxuriosis.
Elatis me.p.i.supbis. Et.i.etiā.
Abneget me.cor. Agonē.i. pugnā. agon
is.mas.g. Uenimꝰ me.p. Properat me.
cor.i.festinat. Ad votū neu.ge.i.ad placi
tū. Ambire me.pro.i. appetere ꝛ desidera
re quar.cō. Scilicet me.cor.i.certe. Niti
mur.i.conamur. Seuꝰ.i.crudelis. Dene
gat me.cor. Dactare.i. occidere quod p
pctm̄ est. Uberius vror.i.inflāmor vel cō
passione vel dilectōe. Juxta.i.prope q̄i p
pinq̄ cū dtio. Obsideat.i.iuxta sedeat op
pugnādo. E vicino.i.ō vicino. Nōnūq̄
id ē sepe. Obsidet me.cor.i.cōtra vel cir/
cū sedet. Angaria pe.cor.i.iniuriosa coa/
ctione. Arrogantes.i.supbi attribuentes
sibi quod nō hnt. Afficiūt.i.affligūt. Ple
rūq̄.i.sepe. Obsidet.i.circundat me.cor.
obsideo des.di.me.pro.in ptcrito.

De omelia beati Hieronimi.

Lictebras.i.latibula.i.obscurita/
tes siue abscōsiones me.cor. Lec/
ta n.g.tectū ti.q̄ in palestina erāt
strata sicut apud nos solaria. Jn misterio
id ē in secreto n.g. Crassiorē.i.magis cor
pulentā substantiā. Moria vlti.acu. Si
loe.me.cor.siloa.fe.ge.fons est ad radicē
mōtis syō.q̄ nō iugiter aq̄s sz incertis ho/
ris ꝛ p terrā cōcauā et p antra saxi durissi/
mi cū magno venit sonitu. Irrigua.i.ma
dida ꝛ aq̄s irrigata. Lucus m.g.i. nemꝰ.
Rigorē me.p.i.aspitatē m.g. Initiarēt.i.
cōsecrarēt. Ueneūt.i.vendunt.veneo is.
iui.vel nij.ꝛ in su.venū venu.ꝛ est neutrū
*. Uenio dat veni.veniui veneo prestat.
Uenio dat ventū.venū dat veneo venis
Pluris.i.maioris valoris. Et regit gtūs
iste ab hoc verbo est. Heret sibi.i.cōiūctꝰ
est Attēpes.i.adaptes siue applices cōtra
sensum ppriū. Caue.i.vita.caueo ues.ui
Superstitiosam.i.supfluā ꝛ erroneā. Asse,
id est obolo siue medalia.as assis.mas.g.
Decidūt me.cor.i.cadūt. Nutu.i. volūta
te mas.ge.ꝛ q̄r.decli. Serūt.i.seminānt.se
ro ris.seui satū. Coacte.i.cōiunctim. Co
aptent.i.cōgrue adaptent. Functꝰ.i.vsus
a fungor eris.functꝰ sum. Deridēt me.p.
Decisi me.p.i.amputati siue rasi.

De omelia eiusdem.

Jnfert.i.subiūgit.infero fers.intu
li illatū. Extruere pe.cor.i.cōstru
ere. Penetrarēt pri.cōiu.i.subin/
trarēt siue ptrāsirēt q̄si penitus intrarent.
Nurū.i.vxorē filij.et socrū.i.matrez viri.
vtrūq̄ se.g.ꝛ q̄r.decli. Dicbea me.pdu.
Utrū.i.an. Anteferret.i.pponeret.añfe/
ro pe.produ.in tetrasil. Signanter.i.no/
tabiliter. Tulerat.i.abstulerat. Excusse/
rat.i.excluserat.excutio tis.cussi. Zizaniū
id ē loliū.herba.s.nociua neu.g. Pseudo
grece.latine dicit decipiēs vel falsus. ꝛ est
indecli.in vtroq̄ numero ꝛ.o.ge. Unde
pseudo pphetas.i.falsos pphetas.ma.ge.
Alimoniā pe.cor.fe.ge.i.escā. Procurās
me.pro.i.añcurās. Pretēdat.i.ostendat.
ter.cōiu. Scrutatorꝰ.i.inq̄sitorꝰ siue rima
tor me.pro. Renū mas.ge.ren renis. Cō/
tuet.i.cōspicit siue cōsiderat.cōtuor eris.
cōtuitus ꝛ cōtutus sum se.cōiu.ꝛ facit in/
finitiuū cōtui. Medicatꝰ est.i. curatꝰ est.
a medicor ris.quod est medicinā adhibe/
re me.cor. Scādalo.i.ruine.neu.ge.me.
cor. Causari.i.cōqueri.causor aris. Te/
nuitas pe.cor.i.rez penuria. Diluit.i. de
struit.diluo is. Cathecizat.i.instruit.ca/
thecizo as.ꝛ cathecizor aris.pe.pro. Ob
tendere.i.cōtra opponere.q̄si cōtra tende
re sc̄ūde cōiu. Jmminentē.i. instantem.
Causaris id est conquereudo allegas.

De sermone sancti Augustini de plurī
bus martiribus.

Spectemus.i.prestolemur siue ex
spectemus prime cōiu.specto as.
Nō pigeat.i.nō pigz sit.piget pi
geat impsonale. Uel.i.saltē Cautōis.i.q̄
si iuratorie pactōis. cautio onis.fe.ge.i.
cautela iuratio obseruatio ꝛ scriptū q̄ no/
bis cauemus.sicut Lucas ait.xvi. Con/
uenire.i.ad rationem trabere vel vocare
quar.coniu. Cōpulit id est coegit me. cor
repta.compello lis.compuli. Compensa
tione id est comparatione vel adequatōe.
Propiciante id est miserante. Jngerunt
id est intus mittunt. Subrepserint id est

id est desiderio. Prouidit me pdu. in pte. Excolam⁹. i. cõponamus ꝛ ornem⁹. excolas. me. cor. Meritũ. i. vt inde mereat lucrũ vel in meritũ. i. acquisitionẽ sue artis. Nitentẽ. i. politũ ꝛ resplendentẽ. a niteo es. Quã pciosos. i. valde pciosos. Pigmentũ. i. cõfectionẽ neu. ge. Nitidũ me. cor. i. mũdũ. In sinũ. i. in locũ beate quietis. mas. ge. ꝛ qr. decli. Peculiares. i. ppri os et speciales. Colonos id est habitatores. masculini generis media producta.

De omelia sancti Augustini.

Admonet me. cor. Talẽta. i. pecuniã diuersa quãtitate distinctã neu. ge. Torpẽtem. i. pigre scentẽ. Proficiscẽs. i. vadens. Tantũmõ pe. cor. Interna. i. pfunda scripture. Petulãtia. i. luxuria. Ambitu me. cor. mas. ge. ꝛ qr. decli. i. appetitu vel desiderio. Cõpescũt. i. retrahũt. Retulit. i. de manu dñi accepit. Quãlicet me. cor. i. cq̃uis. Cetib⁹. i. societatib⁹ mas. ge. ꝛ quarte decli. Pleriq̃s. i. multi. pleruscq̃ racq̃ rũcq̃ Aggredi me. corre. i. inchoare. Teporis me. produ. i. tepiditatis. tepor poris mage. dicit mediũ inter frigidũ ꝛ calidũ. sed hic dicit defect⁹ charitatis. Ignauia. i. pigricia ꝛ stoliditate. Arripe. i. appẽdere Mumulariis. i. cãpsoribus ꝛ negociatoribus. mas. generis. Acsi. i. quasi.

De confessore non pontifice.

Sermo sancti Augustini.

Audire. i. audiendo obedire Auersa. i. a vero siue a veritate remota sine d. s. nõ aduersa Distendit. i. diuerso intellectu deducit. Nutus. i. dubius et incertus. a nuto tas. quod est besitare ꝛ dubitare. Obtẽperare. i. obedire. prime cõiu. obtpo as penul. cor. in tetrasil. Uniuersissimo id ẽ generalissimo. cõpatio peregrina verissimo ꝑie diceret. Ingerat. i. moueat siue faciat me. cor. Intercludũt pe. produc. i. claudũt vel impediunt. Eluxit. i. claruit. eluceo ces xi. me. produc. Innotescẽdi. i. apparẽdi p euidentiã. Desperẽt me. pd. Alioq̃n pe. prod. Extinaniri. i. euacuari. extinanio is. pe. prod. intetrasil. Tumescere. i. inflari. a tumeo es. mui. Cõtabescere. i. liq̃fieri deficere vel putrescere. Deputẽt me. cor. Lucrifacciã. i. acquirã lucrando. Pietate fidei. i. religiõe. Euomit pe. cor. i. emittit. euomo mis. ꝛ euomor eris. me. cor. ter. cõiu. Ydoneus. i. cõueniens ꝛ congruus. Elucebat id est clarebat.

De omelia beati Gregorij pape.

Coartamus. i. vt. Coartamus. i. restringimus. Minus est id ẽ nõ sufficit. Inquinamẽta id ẽ immũdicias. neu. ge. Premit me. cor. i. sup alios in hac virtute manet. secũde cõiu. Quiddã. i. aliq̃d. Aliq̃pe. cor. Protinus. i. statim me. cor. Copulauit. i. sociauit et coniunxit. Propat me. cor. i. festinat. Hilarescit. i. gaudet. Torporis me. pdu. mas. ge. i. pigricie. Foueri me. pdu. i. nutriri. Recũbent. i. comedẽt. Eleuat me. cor. Apparet me. pd. Insinuans. i. demõstrans. Primeu⁹ cui. i. senex vel antiquus. adiec. est. Resipiscat. i. a malicia pedẽ retrahat. resipisco scis. sine ꝑterito et supino. Districtionẽ. i. magis rigidam. Prerogauit. i. plongauit et protraxit vel pdonauit. i. ante donauit. progoas. me. cor. Longanimis. i. diu expectãs

Sermo sancti Augu. de virginibus.

Elaborãdũ ẽ. i. valde laborãdũ ẽ. ab elaboro as. pe. p. q̃si extra laborare Apocripbe. i. q̃q̃ autor vl veritas ignorat. Temere me. cor. i. ꝑsumptuose. Angustiã. i. artationẽ intelligẽtie Absurde. i. intolerabiliter vel impropꝛie Estimabit. i. iudicabit vel reputabitur. Uasis secũde decli. in plurali. v. Uas vasis terne vasoꝝ vasa secũde. Admittũtur id est recipiuntur. Quinarius id est continens quinq̃s adiectiuũ. Fas. i. licitum neu. ge. et indecli. Prescribẽte. i. ante obligãte p autoritatẽ mãdatis. Cautione. i. cautela fe. ge. Quinq̃partitã pe. produc. id est in quinq̃s ptes diuisam. a quinq̃s et partio tis. quarte cõiug. Illecebris. i. malis delectatiõibus fe. ge. Olfaciẽdi. i. odorandi. olfacio scis feci. me. pdu. in prosa. Placeat impsonale de placeo es. Utreq̃s me. produ. i. iste et ille. Utraq̃s me. pdu. Fomite me. cor. fomes tis. mas. ge. i. nutrimento siue appetitu ad opera inclinãte. Cẽseri me. pdu. i. noiari vel iudicari se cũde cõiu. Arbitror me. cor. deponens. i. iudico. Propterea penultima correpta. Admonet media correpta. Interuallo. i. spacio. neu. ge. Latere me. produ. i. ignotũ esse. In ictu. i. in motu oculi. mascu. g. et quarte decli. ab ico cis. quod est pcute

aduerbialiter ponit pro aliquātulū. Non vacet.i.nō fit sine cā.vacat vacabat impersonale. Vulgo vlti.acu.i.vulgariter. Siquidē pñt esse due ptes. Ecōtrario due ptes eppositio. Improbitatib⁹.i.malicijs Immites me.pduc.i.crudeles adiec.ter. decli. Dimicēt me.cor.i.pugnēt. Nōnulla.i.aliqua. Sauciant.i.vulnerant. Incōcussi.i.imutabiles. Repēdit.i.retribuitur. Quā.i.quantū stulti. Edomitas pe.cor. Reluctātib⁹.i.repugnātib⁹. Potiori i.meliori. Pacatissimo.i.multū trāquillo. Labefactās.i.maculās.labefacto tas i.maculo as. Machinis me.cor.fe.ge.i. malicioſis insidijs. Cōpellās.i.simul vocās vel in causam trabēs. Peruicacib⁹.i. improbis proteruis ⁊ importunis. puicacis.me.cor.dicit etiā q̄ vicem suā vult obtinere.ois ge. Nodis.i.vinculis. mas. ge. Incūbit pe.cor.i.insistit. Innexus.i. cōiunct⁹.siue colligat⁹. Esurit ⁊ sitit q̄rte piu. Implicamētis.i.impedimētis neu. ge. Exordiēs.i.incipiēs. Interest ordis. id est differētia est in ordine. Cōgruit.i. cōuenit. Dicib⁹.i.māsuetis me.cor. Uincti.i.ligati. Auertere.i.abstrahere. Obtēperat.i.obedit. Mersi.i.profundati ⁊ q̄si necati.a mergor geris. Inualidioribus.i. infirmioribus. Facultas.i.possibilitas vel facilitas. Omīmoda pe.cor.i.pfecta. Regeneratiōe.i.resurrectiōe. Penthecostes vlti.acu. Animaduertat.i.attēdat ⁊ cōsideret. Perpeti me.cor.i.pati. ppetior teris. Scismatici pe.cor.i.scindētes vnitatem charitatis ⁊ ecclesie. Quid interſit.i.q̄ differētia sit.interſum es est. Persequ me.cor. Appetere.i.inuadere vel offendere. Additū me.cor.i.adiunctū. Nōnulla.i.aliqua. Jactant.i.dicunt.iacto tas.⁊ iactor taris frequētatiuū huius verbi iacio cis ieci.iactū.quod est proijcere.ſz ponit hic pro inaniter proferre. Temeritate.i.pſumptiōe et stulticia. Plerūq⁹.i.sepe. Inconcussa id est immobilis.

¶ Sermo sancti Ambrosij de vno confessore et pontifice.

Decerpsisse et nō decerpisse id ē ab aliquo carpsisse.ō cerpo pis psi.decerpe dicit quasi de aliq̄ carpe diminuere et subtrahere a de et carpo pis psi. Cuz siquidē.i.certe me.cor.sed si nō ponat cuz due ptes sunt

Emanauit.i.defluxit. Pollebat.i.resplēdebat. Angustijs.i.restrictiōibus siue artationibus fe.ge. Blādimentis.i.suauibus et gratis alloquijs.neu.ge. Preditus me.cor.i.ornatus. Lenitatis.i.mansuetudinis. Eid est de vel ex. Potissimū id ē potissime.. Notet id est notabile⁊ reddat de adulatiōe. Tēptet quia sic laudat Uēdicare.i.appropriare vel vsurpare.prime coniu.vendico cas me.cor. Obsidet id ē circūsedet insidiando. Cōpensato.i.contēperato. Agone me.produ.agon onis. mas.ge.i.pugna. Uolutātibus.i.nobis inuoluētibus.a voluto tas me.pdu.neutraliter. Procella.i.vētus tempestuosus et subitus. Pirata me.produ.mas.ge.id est latro marinus. Abducat.ſ.a vita pſenti in mortē eternam.i.deducat.ex ab ⁊ duco cis. Anchorā med.cor.femi.ge.massa ferri dētata qua nauis firmatur. Onustā id est oneratam. Litore me.corre. Tamdiu me.cor. Conflictus.i.pugna masc. ge.et quarte decli. Uigili me.cor.cōis.g vigillis.i.vigilans et assiduus. Lapsus est.i.quasi labendo descēdit. Rupe.i.scopo.rupes pis.fe.ge. Intuitū penul.cor.i visum mascu.ge.et quarte decli. Obturatione id est clausione. Infudit me. prod. Incuriam id est negligentiam. Labe id est immūdicia.labes bis.fe.generis. Cōtagione id est contractu. Mole id est pōdere vel magnitudine.moles lis.fe.gene. Obrutas me.cor.i.ruinas passas. Nihilominus penultima correpta.i.nō minus Interminatio.i.cōminatio vel interminabilis damni incursio.ab interminor naris.penul.cor.id est horrende sententie pdictio. Obtrectātibus.i.detrahentibus. Erumpit id est procedit. Seris.i.clausuris.feminini generis. Obstruxit.i.clausit.obstruo is xi. Barbaris media correpta.id est peregrinis siue extraneis sicut sunt demones. Fetentē a feteo tes. Fremitu me.cor.i.clamore mas.ge.et quarte decli. Faucibus me.cor.i.fistulis gutturis siue mandibulis siue maxillis.faux faucis.feminini generis. Erutum media correpta.i.liberatum.ab eruor eris. Tēporina.penultima producta.id est presentis temporis que est prima resurrectio.adie a tpe.sic exponat si habeat hec clā talis. Resecans me.cor.id est amputās. Auiditate

De omeliis et sermo.

Pusillus.i.pua statura. Ingenite pe.corre.i.innate siue naturalis. Sublimis me.pdu. Exiguus.i puus Sicomor pe.prodū.fe.ge. arbor ē que ficus dicitur fatua. hec sicomorus ri. Prosternēs.i.subtus calcās. Excisus media pdu.i.pcisus vel amputatus.ab excidosis. Oleaster.i.oliua siluestris.oleaster tri.mas.ge. Miseratur.i.misericordiam impēsurus.a miseror aris. Inuitat med. pd. Uberē me.cor.i.abūdātē. vber beris ois ge. Fastidiosi pauper dicūt q nō possunt videre vel audire pauperes. Jericho vlti.acu. Lameli me.pd.i.aialis gibbosi ma.ge. Prestricti.i.ante tacti vl ate stricti a ōstringo gis.qō est valde vl ante tāgere vel stringere. Impbis me cor.i.nō pbis perseuerat pe.pdu. Uberiorem.i.abundantiorem

Dominica prima in aduentu de sermone sancti Leonis.

Arebras.medi.

cor.i.secreta q latēt.fe.ge. Uel.i. saltem. Reinuit ēt pe.pd. Eugeli. bene vale. Suggessim.i.psuasim. Conuiuiola penul.cor.neutri.ge. Maturius id est tempestiuius

De omelia beati. Gregorij.

Rosecto id ē certe Acies.i.societates bellicas fe.ge. tāte declinates bellicas fe.ge. Chorruscantes.i.ruborē repsentātes trāsitiue tenet. Eqnimiter.i.patienter Crebrescūt.i.multiplicant. Suspicant.i.existimāt. Quātoti pe.cor.i.celeriter Urget.i.eōstringit siue molestat. Lassescere.i.fatigari .lacesso scis. Cladib id ē pestib.clades dis fe.ge. Consummant.i. terminant. Torosa.i.pulposa a torus.ri qō est pulpa carniū pinguiū. Urietur.i. malis ostringit. Anbelit.i.spiritus siue flatus. Intercidit.pe.pd.i.impedit t perfici nō pmittit. Primeuis me.pd.i.primi tpis.adiec. Nudiustericius aduerbinm tpis id est nūc est dies tercius. Erute me. cor.i.eradicata. Seuit q te.pīu.i.rigide agit. eturit.i.valde vrit.me.pd. Leuiget .i.leue fiat.leuigo as me.cor. Preconis.i nuncij

Dñica secūda ō sermōe sācti Ambrosij

Philomin.pe.cor.i.non minus Recolunt media cor.

De omelia sancti Gregorij.

Este.i.facte Insinua id ē declara. Deflectit id est declinat Mollib .i.delicatis vestibus. Fluxu.i.sup fluo vsu mas.ge t.q̄r.decli. Innectōis.i.reprehensiōis Fouit.i.palliauit vel promouit Censent.i.noiant. Emereri.i. aqrere vel obtinere. Aspiratiōis.i.dignatiue concessiōis. Reniti me.pd.i.resistere. Suppetūt medi.cor.i.sufficiunt.

Dñica tercia de pmōe.bri.Greg.

Ompti.i.politi vel ornati. Ab ambitiōe.i.cupiditate vel pompa elegāti. Accuratius.i.in bono studiosius et cōpositiu. Diluere.i.abluēdo mūdare Adeo.i.intantū me.cor. Reselulle.i.pueres pent.cor. Alicubi inuēit reselulle alicubi rescule sed pm Pristianū ōberet dicirecule.fe.ge. Acrimoniā.i.asperitatē Globos.i.flāmax inuolutiones.globy bi.mage.est rotūdus aceru volumē t augmētū Irriguo.neu.ge.i.irrigatiōe. Obruit id ē extinguit. Nōāmō si est vna ps pent.cor. Densat.i.inspissat. Fluidū me.cor.i.fluens et nō firmiter quesitū. Accuremus.i. ornem vel cōponam prime ōiugatiōis et media producta. Sericis.i.de seta.

Dñica qrta de omelia sancti Gregorij

Surparet id ē appropriaret. Implexa.i. dificilis t q̄si insolubilis Preuēit in pterito Denegat me. cor. Estibus.i.ardoribus. Anbelat me.p.i.anxiat pcupiditate Seris.i.clausuris.fe.ge. Damnat.i.destruit. Perconstant.i.inquirūt. Emulationis.i.inuidie Angustāt.i.artāt siue adbreuiāt cū sit eternus. Immeritus.i.indignus. Mortici na pe.cor.i.mortalitatis conditiōes. substantiuāt in neutro genere. Emicat medi. cor.i.refulget. Cōpescitur.i.reprimitur. Alophilis penul.corre.i.alienigenis.hic alopholus li.. vel pōt esse adiectiuū quasi aliena amās. Condiant.i.q̄si saporant.

Feria quarta quattuor temporum.

Sermo sancti Ambrosij.

Propensioris.i.profundioris. propēsus sa.sum.i.extēsus t dilatatus.a propēdo dis. Erps omis ge.i.sine pte. Adurerēt. id est confunderetur.aduro is.me.pro. est valde vere. Aluus.i.vēter.fe.ge. Insigne neu.ge.et tertie decli.i.signū vel indiciū probabile. Astruendā.i. affirmādā vel roborandā. Locupletior.i.copiosior

re.Exhiberi pe.pdu.i.repsentari.Fulciū tur.i.sustētant.quar.cōiu.Eadē me.pd. Apparēt me.produ. Obiurgari.i.redar/gui.Solitis me.cor.i.cōsuetis.Interna i.interiora.Intrarūt pro intrauerūt.Fe/cūda.i.abūda.Copulak.i.sociak.Aditus me.cor.i.introitus mas.ge.et quar.decli. Precū.i.rogaminū.pcis pci cē.ce.Seue ritas.i.rigor iusticie.Derogata est.i.pre missa ē.Hō modo.i.nō tātū.Feratur id ē deducatur.In enigmate.i.in obscura co gnitiōe.enigma tis.neu.ge.Nibilomin⁹ penultima correpta id est nō minus.

¶ De omelia beati Gregorij.

Subripiat.i.subtrahat vel furetur.s.mercedē.surripio pis pui peū.me.cor.in psenti. vel legatur hic surrepat me.produc.i. subintret.i.latēter intret vt faciūt serpentes et pisces.surrepo pis psi.Expetūt media cor.i.requirūt.Plericz me.produc.i. plures.pleruscz raczrumcz.Anhelāt me. produ.i.anxiātur p desiderio.Cōtegunt me.cor.i.cooperiūt et abscōdunt.Mitor. id est mūdicia mas.ge.Ferimus me.corr. Plerūcz.i.sepe.Abuntus me.cor.Surripit me.cor.i.furatur. vitā vel psperitatē. vel surrepit. me.produc.i.subintrat.Demulcet.i.delectat.Fauor.i.laus.mas.ge. Cōcutit.i.cōmouet me.cor.Examē me. produ.i.iudiciū siue discussionē neu. ge. Obsequūtur.i.obediūt.Indagari.i.inuestigari siue cōsiderari.indagor.aris.me.pdu.passiuū est.Exiguū est.i.parum est. Omnimodo pe.cor.i.omino.Sentim⁹ me.produ.Deinde me.cor.Cēsetur me. produ.i.denoiatur a q̄nqz sensib.Quinqz partita.a q̄nqz partio tis.q̄rte cōiu.Admittūtur.i.recipiūtur.Uersutia.i.mala astutia.Nidoribz.i.odoribz mas.ge.Efferētes.i.extra portātes.Eramētū.i.es mage.Cimbalū me.cor.de fialis metalloruz collisis.Tinniēs.i.resonās.Disceptem⁹ id est disputemus vel contendamus.Admitterētur.i.reciperētur.Intro vlti.acuta.Obrepsit.i.subintrauit vel circūsedit. obrepo pis psi.meō.produ.et ob et repo pis psi.quod est latenter intrare.ventre t pedib ire.Uū obrepe est vndicz vel contra repere.Euadit me.pdu.Crebrescunt i.inspissantur t frequentātur.Perseuerat pe.produ.Cōputet me.cor.Remorak.i. morā facit.remoror raris.Jerant pro iurant media correpta.

De omelia beati Gregorij.

Onfricatus.i.q̄dam collisiōe permixtus.a con et frico cas.et fricor caris.me.cor. quod est simul fricare vel collidere Incalescat id est calefiat Inuenit in psenti.Obsidēt me.cor.i.circūcirca sedēt vel cingūt.Depredari.i.spoliari.passiue ponitur cū sit deponēs Quatinus.i.vt me.cor.Compat me.cor.Libeat.i.placeat.Trucidat me.pdu.i.occidit siue iugulat.Perhorrescat.i.pertimescat.Inuenit me.cor.in psenti.Admittit id est recipit.Interemit.i.occidit pe.cor. ter.oiu.interemi in pterito penk.pd.Occidit me.pd.Absorbuerit.i.sibi incorpauerit.ab sorbeo bes.bui.Barbati me.pdu. Ambito.i.appetitus bonoris.Inq̄nat me.cor.i.maculat.Horrere me.cor.i impatiuo.Tantūmodo me.cor.Occidit meō pd..Sagene.i.reti piscatorio.me.pd.fe. ge.Decus.i.iusta Indicat me.cor.Litore me.cor.litus.oris neu.g.Addicat me. pduct.i.astringat vel adiudicet.Tenebrescit.i.obscurat.tenebresco scis.

¶ De consecratione ecclesie

